



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère <1543-1623>

Mogvntiæ, 1617

Libri XXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78477)



LIBER SEXTVS, ET TO-
TIVS OPERIS VIGE-
SIMVS PRIMVS.

DE IIS QVÆ SPECTANT AD SPECIALEM RA-
tionem iudicandi de peccatis in ordine ad quintum De-
calogi præceptum.

P R Æ F A T I O.

MATERIAM de homicidio tractat Gratianus in decreto causa 23. præsertim quæst. 5. habetur in aliis iuris Canonici paribus titulus De homicidio. Tractant quoque D. Thomas ac interpretes ipsius 2. 2. quæst. 64. Alex. Alenf. 3. part. quæst. 34. Summulari in verbo Homicidium, Franciscus à Victoria in relect. de homicidio Sotus in 5. de iust. & iure quæstio. 1. & Couarr. ad Clemen. Si furiosus De homicidio, & nouissimè Ludouicus Molina tomo 4. de iust. & iure in tractatu tertio. Quis autem hoc præceptum, in quo illud prohibetur, traditur Exod. 20. his verbis, Non occides. In ordine ad quem, ratio de peccatis iudicandi in his consistit, vt intelligatur primo, quis verus sit illius præcepti sensus. Secundo, An eo non obstante liceat aliquando, & cui liceat malefactorem occidere. Tertio, An aliquando liceat occidere innocentem. Quarto, An aliquando liceat occidere seipsum. Quinto, An ad defensionem sui, liceat occidere alterum. Sexto, An ad defensionem quoq; tertii. Septimo, Quid sentiendum sit de duello, quo includitur sui simul & proximi occisio. Octauo, De bello in quo multorum occisio committitur, quid sit tenendum. Ac postremo quid item tenendum de ira; quam Christus Matth. 5. hoc præcepto prohiberi declarat. Specialis obligatio autem ad restitutionem quam perpetratio homicidii inducit explicata est in præcedenti lib. 10. cap. 22.

C A P. I.

In quo explicatur quis sit verus sensus propositi
quinti præcepti Decalogi.

S V M M A R I V M.

- 1 Præcepto 5. Decalogi non prohibetur occisio cuiusuis viuentis, sed solus homini.
- 2 Neq; hæc omnis, sed solum iniusta.
- 3 Et ea sibi: exceptione vlla cuiuscunq; hominis sit, & à quocunq; homine, ac quomodocunq; fiat; & siue opere siue voluntate sola committatur.
- 4 Inductio alterius ad peccatum, non comprehenditur numero prohibitorum hoc præcepto, sicut comprehenduntur iniuriantiones & alie illationes damnorum corporalium.
- 5 Comprehenduntur quoq; procuraciones aborsus.
- 6 Homicidium peccatum est mortale graue, quod potest augeri ex quatuor circumstantiis.
- 7 Cetera hoc præcepto prohibita, mortalia quoque sunt ex suo genere: in quibus excusatio ex materia leuitate locum habere potest.

AD intelligendum quis sit verus quinti præcepti Decalogi sensus, aduertendum est primo, etsi verba hæc Non occides, valde generalia sint, omnemq; occisionem videantur comprehendere, ea tamen sic accipienda esse, vt nec ad plantas, nec ad irrationalia animalia referantur; etiamsi tam illa, quam hæc viuunt; nec enim interdictum est talia interire, vt post D. Augustin. libro 1. de ciuit. capit. 20. tradunt cum D. Thoma 2. 2. quæstio 64. artic. 1. D. Anton. 1. part. titul. 14. capit. 4. §. 9. & 2. parte titul. 7. cap. 8. in principio. & Sotus libr. 3. de iust. & iure quæst. 1. art. 1. Deduciturque efficaciter ex illo Gen. 9. Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum. & illud in præced. cap. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem

semè super terram, & vniuersa ligna fructifera, vt sint vobis in escam. Vnde damnatur error quorundam hæreticorum dicentium nefas esse vesci carnibus. Contra quos differit Alphonsus à Castro libr. 4. aduersus hæreses, in verbo Cibus hæresi 1. Neque obstat quod Exodi capite 22. pena statuitur occidentibus bouem vel ouem proximi, nam eius rei ratio non est, quod animal nequiverit citra culpam occidi, sed quod damnum inde illatum proximo compensandum fuerit, vt à D. Anton. annotatum est in cit. capit. 8. sub initium.

Aduertendum est secundo, prædicta huius præcepti verba, adhuc esse ita accipienda, vt non omnem hominis occisionem comprehendant, prout notant Concil. Colon. & Catechismus iussu Concilij Trident. editus in expositione eiusdem præcepti, ac etiam D. Anton. in memorato §. 9. Et ratio est quia contingit aliquando (quod ex post dicendis satis constabit) eam perpetrari sine peccato, ex cap. Si homicidium 23. quæstio 5. Nulla occisio vero prohibita hoc præcepto, fit sine peccato. Vnde quia sola iniusta occisio hominis fit cum peccato, sola quoq; intelligi debet prohibita hoc præcepto; ita vt verus sensus ipsius sit, quem D. Thom. 1. 2. quæstio 100. artic. 8. ad 3. tangit. Non occides hominem indebite, hoc est, contra rectam rationem, seu siue iusta ratione & causa: sic ut cum Christus Matth. 5. dixit non esse iurandum omnino; subintelligitur sine causa. Nam cum præceptum hoc sit legis naturalis, vt & cetera Decalogi, debet intelligi iuxta legem naturæ, seu rectam rationem: vt eius sensus sit ille quem diximus, Non occides contra rectam rationem.

Aduertendum est tertio, quod sicut sola, sic & omnis iniusta hominis occisio (quam proprie homicidium dicit Syluester expressit in verbo Homicidium 1. in initio) prohibita sit hoc præcepto, à quocunq; homine ea perpetratur, aut cuiuscunq; hominis sit. Nulla enim exceptio est, quicunq; sit qui occidit, siue potens aut diues, siue Dominus aut pater, quandoquidem omni discrimine remoto, hominem occi-

dere

REGINAL
DE
RAXIS
PRO
EV

N. 7

dere vetitum est hominibus: quicumque sit qui occidit, nec enim vllus homo est tam vilis, & abiectæ conditionis, quin huius præcepti autoritate defendatur, ne ab alijs sine iusta causa valeat occidi.

Aduertendum est quarto, nihil referre quod attinet ad hanc occisionem, quonam modo fiat homicidium. Siue enim quis proprijs manibus, siue ferro, siue lapide, siue laqueo aut veneno, siue etiam imperio, consilio ope, persuasione, aut quavis alia ratione, illius causa sit, in hoc præceptum delinquit iuxta Concil. Colón. in illius expositione & Catechismum iussu Concilij Trident. editum ac D. Anton. 1. part. tit. 14. cap. 4. §. 9. Adde contra hoc præceptum facere, eum etiam qui voluntatem habet alios occidendi: commune est enim præceptis omnibus, vt illorum transgressio congat voluntate operandi, sicut & opere; siue voluntas sit efficax seu propositum operandi, siue complacentia simplex de opere, iuxta documentum 2. traditum in præced. libro 16. cap. 3. Et peculiariter quoad hoc præceptum satis aperte deducitur ex eo, quod Dominus Matthæi 5. explicans ipsum, dixit. Ego autem dico vobis quod omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.

4. Aduertendum est quinto, hoc præceptum non infringi ab eo qui priuat alium vita spirituali, inducendo scilicet ipsum ad aliquod peccatum mortale. Istud enim non est homicidium, quod hic vetatur, vt probe notauit Nauar. in Enchir. cap. 15. num. 1. vers. 2. non ideo tamen negandum est mortaliter delinquere eum qui tale quid faciat, prout patet ex communi doctrina de scandalo dato. Caterum sub nomine occisionis hic vetitæ, accessorie intelligitur quoque iniuste mutilationes, percussiones, verberationes, torturæ, aliaque huiusmodi pertinentia ad damnnum alterius corporale, iuxta Nauar. loco cit. & ad cap. Homicidium, De peniten. dist. 1. num. 2. & D. Anton. in cit. §. 9.

5. Censendi sunt etiam in hoc præceptum delinquere, non ij solum qui sunt in causa vt aborsus sequatur quando foetus iam est animatus animâ rationali (quo casu verum homicidium interuenit, ex Syluest. Homicidium 1. versus principium, & Caietan. in verbo Aborsus, & Couarr. ad Clemen. Si furiosus 2. part. §. 3. numer. 1.) sed etiam quando nondum est animatus: quia impeditur ne animetur: in quo licet non interueniat occisio hominis, interuenit tamen ei affinis voluntas mortaliter peruersa, prout expresserunt Nauarrus in cit. cap. 15. num. 14. & Caiet. in eod. verbo Aborsus. Pro eo; facit cap. Si aliquis, De homicidio; cum dicitur: tenendum vt homicidam eum, qui fecerit vt mulier, non possit concipere vel generare, vt proles non possit nasci. Quando vero foetus animetur, varie quidem authores definiunt: sed tenere possumus ex glossa ad principium distinctionis quintæ, verbo Quadraginta; quod foetus masculinus vt longissimè, incipiat esse animatus 40. die, foemininus vero, 80. Ea enim est sententia (vt annotant Nauar. in eod. nu. 14. & in cap. 27. nu. 22. & Couar. in memorato nu. 1.) recepta communiter: ideoque teneri potest sine temeritate.

6. Aduertendum est sexto, homicidium hic prohibitum peccatum esse suo genere mortale ex communi sententia: quod satis patet: quia est, & contra charitatem, & contra iustitiam. Immo, vt bene aduertit Sotus libro 5. de iust. & iure quest. 10. art. 1. conclus. 1. peccatum est grauius cæteris quæ in proximum committuntur. Quod & augeri potest ex quatuor circumstantijs. Prima est, circumstantia personæ occisæ. Multum enim interest, vt is ille qui occiditur sit pater aut alius sanguine coniunctus, necne: itemque fuerit ne reipub. necessarius, aut priuatis personis: ac demum fuerit vt persona in quam violentas manus inferens incurrit in excommunicationem. Secunda circumstantia est loci, nam occidere aliquem in loco sacro est sacrilegium, in confessione declarandum. Tertia est, circumstantia temporis: non quidem quod referat an die festo, vel profesto quis interficiatur, sed an occisor longo tempore animam occidendi habuerit. Quarta circumstantia, est sociorum: quia is qui alios induxit ad se inuadendum in homicidio, grauius peccauit quam si solus occidisset.

7. Si petas, an delicta alia, quæ diximus ad hoc præceptum pertinere sint mortalia? Respondeo esse ex suo genere: tamen ex leuitate materiæ (quæ non habet locum in homicidio)

posse esse tantum venialia perinde ac possunt ex subreptione, defectuque plenæ deliberationis.

CAP. II.

In quo explicatur an aliquando liceat, & cui liceat malefactorem occidere.

SUMMARIUM.

- 8 Licitum esse publica autoritate malefactorem occidere.
- 9 Quomodo id procedat cum talis cognoscitur moriturus in malo statu.
- 10 Procedit quoad nocentes captos in bello, & quoad malefactores ex quorum maleficio respub. magnum accepit detrimentum.
- 11 Præter publicam autoritatem, & iustam causam, conditiones ad licitam occisionem malefactoris requisitæ.
- 12 Circa ordinem iuris ad propositam occisionem necessarium limitationes notandæ.
- 13 De eo, quod Clerici perhibentur malefactores occidere, etiam autoritate publica.
- 14 Habentes iurisdictionem temporalem sufficientem, non prohibentur constituere iudices qui exercent iudicium sanguinis.
- 15 Quomodo possit conueniri de iniurijs acceptis, non oblatæ quod in malefactorem exercendum sit iudicium sanguinis.
- 16 Peccatum est mortale occidere propria autoritate hominem etiam morte dignum.
- 17 De viro occidente uxorem deprehensam in adulterio.
- 18 Potestas facta cuius, occidendi diffidat, quing. conditiones requirit vt licite mandetur executioni.
- 19 De questione, An licitum sit cuius, occidere tyrannum.
- 20 Mutilare liquem priuata autoritate non licet.
- 21 Nec ita vulnerare, verberare, &c. sine iurisdictione.
- 22 De talis iurisdictionis vsu notanda cum Petro à Nauarr.
- 23 Quas penas ius imponat homicidæ.
- 24 Cause ob quas occidens hominem excusari potest à mortali.



Anc explicationem bipartitam faciemus. In prior parte persequemur eam quoad occisionem factam publica autoritate; & in posteriore quoad factam autoritate priuata.

PRIOR PARS CAPITIS.

In qua explicatio proposita traditur, quoad occisionem factam autoritate publica.

Licitum esse publica autoritate malefactorem occidere, quando delictum tanta pena dignum est (quod præsertim iure ciuili & cõsuetudine patriæ cognoscitur) bonumque commune id postulat, patet: quia sicut se habent membra & partes corporis humani ad totum corpus humanum, ita membra, & partes respub. ad totam rempublicam. Quare sicut cum expedit ad conseruationem & bonum totius corporis humani abscindere membrum putridum, id ipsum licitum est ex natura rei (quandoquidem naturale est vnum membrum exponere ad totum corpus saluandum) ita quando bono communi & illius conseruationi expedit, vt aliqui corrupti moribus omnino abscindantur, morteque afficiantur in iustam poenam: fas similiter est ex natura illius rei cuius sunt quedam membra, puta reipublica: vt à publicis ministris ad id deputatis plectantur rescindanturque. Quæ ratio est D. Thomæ 2. 2. quest. 64. art. 2. Cuius doctrina communiter tenetur cum Caietan. ibid. & in Summula verbo Homicidium, ac cum D. Anton. 2. part. tit. 7. cap. 8. §. 1. versu Quantum ad secundum; Francisco à Vict. in relect. de homicid. num. 11. dicto 7. Soto in 5. de iust. & iure quest. 1. art. 2.

Ex qua consequens est, talem occisionem non esse hoc præcepto vetitam, prout annotant in ciuis. expositione Concil. Colonienfæ & Catechismus iussu Concil. Tridentini editus. Quinimo, vt Sotus in eod. art. sub finem ostendit: quantumuis iudex satis sciat nocentem quem pœnitere nolentem occidit, esse æternis supplicijs addendum, nihilominus licite eum morti secundum leges adiudicat propter bonum communi.

commune, quod particulari preferendum est ordine charitatis: & maxime in hac re dum ob vnius saluti multi exponerentur perditioni per impunitatem quam confecerentur fingentes impunitatem.

Neque obici potest, quod talis constitutus sit in spiritali necessitate: nam potius est in voluntate peruersa, cuius non est tunc habenda ratio, etsi quantum aequitas patitur, & ratio suadet, morte damnandis procuranda sunt ea quae pertinent ad ipsorum salutem spirituales, eisque tribuendum est competens tempus, in quo possint se ad gratiam diuinam consecutionem preparare, praesertim per sacramentalem confessionem: ad quam tale tempus ipsis negare peccatum est mortale: vtpote dignum ex communitatione, iuxta Clementinam 1. De penitent. & remiss. nisi quis esset flagitiosus valde, & ex cuius diuturniore consecutione periculum immineret reipub. tunc enim acceleratione uti liceret, tanquam procedendo cum eo magis ad defensionem necessariam reipub. quam ad ipsius punitionem. De qua re Petrus à Nauar. De restitut. lib. 2. cap. 3. num. 224. & aliorum sequentibus. Vbi quoque tractat difficultatem de Eucharistia vitum eam damnato ad mortem negare liceat. Cui satisfacemus in sequenti lib. 29. num. 71.

Porro licet ex praedictis intelligere, dubium non esse quin reipub. citra peccatum possit obtenta iam victoria animaduertere in hostes nocentes, eosque morti addicere, prout notat à Victoria in relect. de iure belli num. 19. Vbi aduerte obiter non ideo licere tunc militi hostem in bello captum & apud se detentum occidere, quia non publica, sicut in constitutiōe congressu belli, sed priuata auctoritate occideret, quod est contra iustitiam. Ex iisdem intelligitur quoque licitum esse Iudici ad iudicare morti eum qui delictum morte dignum commisit, quamuis ingens ex illo emolumentum reipub. obuenerit: ut cum fur aliquem bonis omnibus spoliavit, simulque literas machinationis obrinuit, quas reipub. obtulit vnde liberata est à periculo. De qua re Couar. ad Clemen. Si furiosus De homicid. 2. part. in initio, num. 4.

Iam praeter conditiones iam dictas, publicae inquam potestatis, & causae legitima, tres adhuc requiruntur ad licitam occisionem malefactorum. Prima est, ut ij qui potestatem habentes adiudicant morti malefactores: id faciunt amore iustitiae, non liuore vindictae, neque ex delectatione effundendi humanum sanguinem, aliove malo animo: prout notantur D. Anton. 1. par. tit. 14. cap. 4. §. 9. Nauar. in Enchir. cap. 25. num. 15. & Sotus 3. De iustitia & iure, quest. 4. art. 2. & tractat Petrus à Nauar. in cit. cap. 3. à nu. 232. Satis autem probatur ex cap. Cum minister 23. q. 5.

De obseruando iuris ordine in proposita occisione.

Secunda conditio est, ut seruato iuris ordine, mortis sententiam ferat: sicut notauit Caietan. in verbo Homicidium vers. Vel ex parte modi. Qui consequenter docet peccare, homicidiique reos esse, qui veneno vel aliter secreto mandato Principis occidunt non citatos, non auditos, non damnatos: etiam si illi haberentur rei laesae maiestatis. Princepsque ipse, non nisi priuata scientia seu absque publica probatione compertum haberet, talem aliquem mille mortes mereri. Cui sententiae Nauar. assentitur in Enchir. cap. 25. num. 9. Ratio vero est, quia hic ordo iuris pertinet ad ius naturale: quandoquidem natura actus publici (qualis est iusta occisio hominis ex publica auctoritate) exigit ut sit, sicut ex publica auctoritate, ita & ex publica scientia; alioqui enim causa necinter se, nec cum suo effectu erunt commensuratae. In iure naturae autem (cum sit Superioris, puta Dei) Princeps non potest dispensare, ut constat ex dictis in praeced. lib. 13. num. 46. & ex traditis à Panormit. ad cap. 1. De causa possessionis. Cuius capituli verba illa Pontificis, Nec nos contra inauditam partem aliquid possumus definire: ad eam rem valde faciunt. De qua late Petrus à Nauar. in eod. cap. 3. num. 178. & aliorum sequentibus.

Secus vero est, si solus ordo positus à Principe, esset iusta aliqua de causa omisus. Nam tunc nullum foret peccatum, quandoquidem lex talem ordinem imponens, quia

est Principis, non habet in ipsum vim coactiuam, sicut in subditos: sed solum directiuam, ut patet per tradita in praeced. lib. 13. num. 169. & sequenti: talisque directio cessat interueniente iusta causa: quae praesumenda est in Principe quamdiu non constat de contrario: ut tradit multis aliis citatis Couar. in Epitome 4. Decretalium 2. par. cap. 6. §. 9. num. 9. Imo tanta posset esse causa, ut ea stante concederetur Principi, ius naturale ita interpretari, ut iudicet ipsum non prohibere, quin illius ordo licite in tali casu omittatur; iuxta ea quae docte notat idem Couar. in eodem §. 9. num. 2. & 3.

Attamen ut Principi tunc obtemperandum sit, oportet de tali causa constare. Vnde ex Caiet. in verbo Homicidium, vers. Vel ex parte modi: sicut illicitum est, Principi nocentem aliquem ex priuata scientia damnare, ita & caeteris in tali re ei annuere consulendo, vel exequendo; quod facientes ait pariter homicidas esse. Cui Sotus consentit in lib. 5. De iustitia & iure quest. 3. art. 3. ante solutionem argumenti, & sequitur Nauar. in Enchir. cap. 25. num. 9.

Neque refert, quod ut inferius dicemus, Princeps iuste possit ex priuata scientia innocentem absolueret: quia dispar est ratio, cum facilius nocentem viuere permitramus, quam innocentem morte afficiamus: postquam Princeps relaxare legis poenam in flagitiosum decretauit; quando id fatius esse iudicauerit. Ita Nauar. in eod. cap. 25. num. 14. & Sotus in 5. De iustitia & iure quest. 4. art. 4. con. luf. vii. Adde quod absoluendo innocentem contra allegata, & probata, solum vitietur ordo iuris humani in reipub. constituti, ne alias peccata putentur relinqui impunita: eodem modo autem nocentem inauditum, ordo iuris naturalis peruertatur. Iam quod ait Sylu. in verbo, Homicidium 1. quest. 2. ver. 3. quando reus propter potentiam puniri nequit via ordinaria procedendo, Principem non peccare faciendo illum occidi sine iudiciali ordine, non est admittendum, nisi intelligatur posito casu, quod publica notitia interuenit: ea saltem ratione qua Nauar. tradit in praeced. num. 10. cum indicat Principem qui superiorem non recognoscit, minime peccare si aliqua magna, & iusta de causa, omittat audire, & vocare reum morte afficiendum; dummodo curet pro ipso absente, allegari & probari quaecumque possunt; ut factum est cum quidam magnus Monarcha virtute processus facti in absentia, & sententia latae sine citatione, iussit quemdam militum ducem capite plecti: quia sine metu rebellionis eiusdem ducis, ac maioris partis exercitus audiri non poterat.

Quaerenti vero, An si notorium sit delictum, possit Princeps sine alio ordine licite praecipere occisionem. Respondendum est affirmatiue de mente Caiet. in eod. verbo Homicidium & Nauar. in cit. num. 10. Ratio est, quia id non dicitur tunc ex priuata scientia; sed potius ex publica fieri, quandoquidem factum notorium loco accusatoris, & tertium facit publicam scientiam, argumento cap. Euidencia, De accusationibus.

Quod autem in eodem loco Caietan. expressit Iudices inferiores pari ratione posse excusari si repertos in flagranti delicto notorio iubeant suspendi; intelligendum est: nisi à lege tale quid sit eis interdictum: ij enim delinquant non modo si iuris naturalis ordinem praetermittant; verum etiam si iuris humani ordinem non obseruent, argumento cap. 1. De conflict. & cap. 1. De sentent. & re iudicata. Aduerte vero quod et si delictum sit notorium, Iudex nihilominus debeat sententiam ferre, ut artigit glossa ad cit. cap. Euidencia, & tradit Panorm. ad cap. Vestra, De cohabit. Clericorum & mulierum num. 18. qui tamen addit, quod feretur sine solemnitate.

De peccato bita Ecclesiasticis tali occisione.

Restat tertia conditio; ut persona quae occidit non sit Ecclesiastica, inferior Summo Pontifice. Illicitum enim est omni tali aliquae auctoritate etiam publica damnare ad mortem; quia ei prohibitum est omnino (non tamen diuino, sed humano tantum iure ut bene ostendit Ludouicus Molina, De iust. & iure, tom. 3. tra. 3. disput. 8. num. 1.) ne in causa sanguinis seu mortis, aut mutilationis, quantumuis

iusta se immisceat. Ita enim habetur ex cap. Clericis, & ex cap. Sententiam, Nè Clerici vel Monachi: traditque D. Thomas 2. 2. *quest.* 64. *art.* 4. & est communis Doctorum sententia. Ratio vero huiusmodi prohibitio est, quod indecens sit tali munere fungi Clericos, qui per ordines susceptos ministerio altaris deputantur: in quo per Missæ sacrificium passio Christi agni mansuetissimi representatur, qui cum pateretur non comminabatur.

Atque si quis talium maioribus ordinibus initiatorum aliquid huiusmodi faceret, peccaret mortaliter, prout memorata iura indicant, cum illos ob tale delictum statuunt honore priuandos, & per censuram Ecclesiasticam compescendos. Sicque Sotus *lib.* 5. *De iust. & iure, quest.* 1. *art.* 4. & recentiores communiter tenent. Reliqui autem Clerici ex eodem Soto peccant solum venialiter. Quamquam de beneficiis dubitari potest, tanquã Deo & Ecclesiæ iniuriis in eo: cum per talem cooperationem efficiantur irregulares, & consequenter inepti ad sacrum ministerium, pro quo habent ab Ecclesia ipsa beneficium.

Ceterum cum eadem prohibitio qua Clerici à causis sanguinum arcantur, sit solum humana, ut dictum est: fit, ut Summus Pontifex citra peccatum: possit non solum iusta causa oblata semotoque scandalo sententiam sanguinis aliquando ferre, sed etiam ea ex parte dispensare cum Clericis, potestatemque ipsi facere, ut causam sanguinis agant eademque se immisceant, siue consulendo, siue alia quavis ratione: adeo ut immiscentes se non peccent, nec in irregularitatem incurrant: etiam si ex tali facto ipsorum mors, aut mutilatio alicuius consecuta fuerit. Ita Sotus in *citato art.* 4. *sub finem*, & Couar. ad Clemen. Si furiosus De homicid. 2. *par.* §. 5. *num.* 1. aliique docent.

Aduerte autem Episcopis, & ceteris Prælati atq; aliis quibusque Clericis iurisdictionem temporalem habentibus: siue ex suo patrimonio, siue annexam Ecclesiasticæ dignitati: licitum esse committere causam sanguinis, Iudicibus quos subditis suis præfecerint, neque in ea rem esse peccati, quantumcumque ille munus suum exequentes, mutilent aut interficiant malefactores. Eis enim tantum est prohibitum tales causas siue per seipfos, siue cum aliis exequi, aut ad illarum executionem cooperari, non item præficere Iudices, & potestates laicas, à quibus executioni mandentur, prout habetur ex cap. finali. Ne Clerici vel Monachi in 6. Nec solum eis tas est tales causas generaliter committere; sed etiam particulariter præcipiendo ut circa talem causam inquirent, & faciant quod iustum est: ac quando Iudices à se deputati recusant facere, præficere alios seu assignare, qui in particulari de tali causa cognoscant; prout colligitur ex *cit. cap. fin.* & affirmat Panor. *mit. ad cap. Clericis, Ne Clerici vel Monachi.* Attamen nihil possunt dicere, vel facere, quo Iudicem à se constitutum moueant ad executionem mortis vel mutilationis, nec possunt exhibere præsentiam suam, aut sententiam proferre ad executionem talis pœnæ, prout colligitur ex cap. Ex literis, De excessibus Prælatorum.

Adhuc licitum est personis Ecclesiasticis cõqueri apud Iudices seculares de quibuscumque malefactoribus, qui ipsis quodcumque damnum aut iniuriam fecerint; & petere emendam competentem; & ut prouideatur, ne in posterum contra ipsos tale quid fiat; præmissa tamen expressa protestatione, quod nõ intendant ipsos puniri pœna sanguinis, id est, mortis, aut mutilationis. Atque tunc, etiam Iudices ex officio suo, iuxta criminis qualitatem eosdem malefactores morte afficiant, & ideo maneat eo ipso irregulares: Clerici tamen qui præmissa illa protestatione, conuesti sunt: nec manent irregulares nec peccant. Sic enim constitutum est in cap. 2. De homicid. in 6. Idque factum est, ne laici videntes Clericos non audent conqueri coram Iudicibus secularibus timore irregularitatis; ipsi audent eos interficere; & bona eorum diripere. Cetera quæ possent de hac re annotari, reiciuntur in tractatum de irregularitate, instituendum in seq. lib. 30.

tract. 2.

POSTERIOR PARS CAPITIS.

In qua traditur eadem proposita explicatio, quoad occasionem factam auctoritate priuata.

Licitum, atque adeo mortale homicidium esse, priuata auctoritate hominem, etiam malefactorem, occidere, probat D. Thomas 2. 2. *quest.* 64. *art.* 3. auctoritate D. Augustini, & ratione: postquam ipsum Sylu. *Homicidium* 1. *num.* 5. *ver.* 4. D. Anto. 2. *par. tit.* 7. *cap.* 8 §. 2. & passim alij. Aperte autem ostenditur ex eo, quod vindictam sumere de malefactoribus ad solos Principes, solasve publicas potestates pertineat, ut D. Paulus satis indicauit in cap. 13. Epist. ad Rom. illis præsertim verbis, Si malum feceris: time: non enim sine causa gladium portat (de constituto in potestate publica loquitur) Dei enim minister est, vindex in ira tui qui malum facit. Idemque satis monstrat ratio naturalis: qua duce nulla vnquam fuit natio tam agrestis, quæ priuatis personis proprias iniurias vlciscendi copiam fecerit. Et merito, quia nemo alioqui esset, quin si posset, vltra iustum & æquum se vindicaret: cum quisque obnubilata ratione, ob iniuriæ acceptæ dolorem, pessimus sit Iudex latitudinis pœnæ infligendæ, nec facile audiat excusationes eorum qui affererunt iniuriam.

Ex qua generali doctrina colligitur in particulari, quod mortaliter peccet vir, si propria auctoritate uxorem in adulterio deprehensam occidat. Pfo quo plures auctores citant Couar. in Epitomè 4. *Decretal. par. 2. cap.* 7. §. 7. *num.* 9. & Thomas Sanchez in lib. 7. *De matrimonio disput.* 16. *in principio*: quibus merito addi potest Sotus *lib.* 5. *De iust. & iure, quest.* 1. *art.* 3. *ad 1. dubio tertio. & in 4. sentent. distinct.* 37. *quest. vnica, art.* 3. vbi plenius ea de re agit. Nobis autem sufficere potest quod de tali peccato aperte constat ex cap. Admonere, 33. *quest.* 2. per illa verba, Nam si verum (quod absit) fuisset, sicut ille adulter mentitus est; post septem annos pœnitentia peracta, dimittere eam per approbatam causam poterat, si voluisset; occidere autem nullatenus debuisti. Ex quibus verbis patet non excusari ab homicidio mortui virum qui uxorem in adulterio deprehensam occiderit.

Neque huic doctrinæ aduersantur leges ciuiles. Non enim talibus occasionem permittunt, sed tantum leuius puniunt, quam alioqui facerent, ut patet ex lege Si adulterium §. Imperator ff. Ad legem Iuliam de adulteriis. Neque si permitterent daretur excusatio à peccato, cum id sit res de se homini Christiano illicita, ut expressum est in cap. Si quod, 33. *quest.* 2. Neque in foro conscientia refert, quod leges ciuiles secus habeant, quam canonica: nam ut dicitur in cap. Inter hæc, ead. *en. quest.* 2. sancta Dei Ecclesia mundanis nunquam constringitur legibus. Verumtamen ex Syluestro *Homicidium* 1. *quest.* 2. *ver.* 6. id intelligendum est, cum lex permittit, non puniendo, Nam si permittat committendo particulari potestatem ad talem executionem, excusatio erit à peccato; quia inde talis commissarius efficitur publicus iustitiæ minister: ut, ex Soto, quando lata à Superiore sententia sit marito potestas occidendi uxorem adulteram. Quod vero licet legi, licet & ei cui lex committit. Sed aduerte debere adesse conditiones, quas ad homicidium licitum necessarias esse, habitum est in præced. huius cap. parte.

Ceterum istud quod de marito cui à lege vel à Principe fuerit facta potestas occidendi uxorem adulteram, dicimus excusari ab homicidio mortali: pariter dici debet de illis qui à Principibus facta legitima potestate (ut nonnunquam etiam proposito præmio fieri solet) occidunt diffidatos, id est, malefactores in quos postquam citati in iudicio, & condemnari non comparuerunt, data est cuique potestas illos interficiendi. Qua de re Ludouicus Molina *De iust. & iure, tomo* 3. *tract.* 3. *disput.* 7. & Petrus à Nauar. *lib.* 2. *De restit. cap.* 3. à *num.* 216.

In ea autem quinque conditiones sunt obseruandæ, ut peccatum omnino vitetur. Prima est, ut talis extra ditionem dicti Principis non occidatur, nisi consentiente Domino regionis. Hæc habet Syluester *Homicidium* 1. *quest.* 3. Altera, ut ipse diffidatus non toleretur iam ab aliquo

annis

annis; inde enim diffidatio censetur cessasse tanquam tunc reuocata. Tertia, vt non sit pater eius qui interficit. Nam nec in foro exteriori committitur filio vt in patrem mortis sententiam exequatur, vt nec in seipsum. Quarta, vt non interficiatur ex odio, vel ex alio prauo affectu, sed ex zelo iustitiæ. Quinta, vt sententia illa per quam diffidatur, sit iusta. Ad quod necessaria sunt hæc. Primum, vt causa propter quam fertur grauis sit. Secundum, vt feruetur in eo iuris ordo, de quo dictum est in præced. num. 12. Tertium, vt necessitas sit eam ferendi: nempe quia non potest talis malefactor alia ratione interfici. Concedere autem eiusmodi potestatem, vt Sotus in memorato art. 3. admo-ner, est solius Principis, aut legis; nõ vero Iudicum particularium: neque, vt ille addit, concedenda est quacumque de causa: quia cum malefactores sic occiduntur plerumque decedunt è vita sine sacramento, & cum peccato mortali; ac sæpe in tali casu, interficiuntur ex odio.

Quæstiones aliquot de eadem re.

Hæc aliquot quæstiones ad rem propositam spectantes occurrunt explicanda breuiter.

PRIMA EST, De occasione tyrani quam tractant Caietan. & cæteri Diui Thomæ interprete 2. 2. quæst. 64. Soto 5. De iust. & iure quæst. 1. art. 3. Syluester & alij Summularij in verbo Tyrannus. distinguentes duplicem tyrannum, vnum in modo regendi: qualis est qui cum iustum habeat titulum, versusque Rex sit, tyrannice tamen regit, omnia in propriam vtilitatem conuertens. Alterum vero in iure dominij: qualis est ille qui vel vi armorum, vel alias iniurie occupat. Rempub. Quidquid autem sit de posteriori constat de priori non esse liberum ipsum occidere tum quia vxor alioqui posset pari ratione occidere maritum suum, si tyrannice in illam dominaretur; & filius patrem si legem paternæ dominationis tyrannice excederet. Item que oues pastorem, siue ille sit simplex Parochus, siue Episcopus siue Papa, si quidem aliquis talium tyrannice regeret: vnde sequeretur maxima totius iustitiæ confusio. Patet etiam ex eo quod Diuus Petrus in prima sua canonica, cap. secundo, admonet Christianos subditos esse dominis suis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discoloris. Atque de hoc tyranno, vt citati auctores notant (& probat Petrus à Nauarra, De resit. lib. 2. cap. 3. à num. 306.) intelligitur definitio Concilij Constantien. sess. 15. statuentis hæresim esse existimare, quod cuiuslibet liceat tyrannum occidere.

SECUNDA QUÆSTIO. An liceat priuatis si non occidere, saltem membro mutilare aliquem priuata auctoritate. Ad quam respondendum est, iuxta D. Thom. 2. 2. quæst. 6. art. 1. non licere: ne quidem volente illo cuius est membrum: quia per id fit iniuria communitati: nisi forte ille tale quid vellet ob curationem: vt quando putridum est membrum, aut à vipera tactum, ex eodem D. Thoma, & Soto lib. De iust. & iure, quæst. 2. art. 1. Qui in art. 2. merito addit, nec patri esse licitum priuare filium membro suo: tantum abest, vt possit illum occidere.

TERTIA QUÆSTIO. An liceat priuatis, si non mutilare saltem vulnerare, verberare, incarcerare, ligare aut aliud eius generis facere. Ad quam respondendum est, talia non licere quidem ei qui nullam habet iurisdictionem in alterum, quia eiusmodi actus sunt superioritatis; quam vsurpando fit iniuria, tum ei in quem vsurpatur, tum Superiori ipsius, cuius læditur ius. Licere autem ei qui iurisdictionem in alterum habeat, siue iure natura, prout pater habeat in filium: siue iure positio, prout dominus in seruum: siue delegatione, prout pædagogus in discipulos suæ curæ commissos. Nam quamuis alicui non liceat occidere, aut mutilare, aut infligere aliam pœnam atrocem (qualis est vulnere, adustionum, flagellorum per vias publicas cum infamia, & percussionum cum periculo mortis, aut vitæ immittitione: aut amissione membri vel partis illius) quia id non est œconomica, sed politica potestas tanquam maioris, ad quam causas, & pœnas maiores pertinere oportet.

Nihilominus tamen in vsu œconomica potestatis, li-

cere potest verberare, & aliam eiusmodi reparabilem pœnam infligere ad punitionem & correctionem proprii inferioris: cum domus alioqui bene institui & gubernari nequeat. Quæ doctrina est D. Thom. 2. 2. quæst. 65. art. 2. & sectatorum ipsius, quos refert & sequitur Petrus à Nauarra in lib. 2. De resit. cap. 3. num. 459. Consequenter bene admonens, tales correctiones debere fieri tum moderate, quia excessus in eis iniustus est (adeoque peccatum mortale, si arbitrio prudentis is magnus sit) tum etiam ex bono zelo, non autem ex ira & indignatione per quam subditi prouocentur ad iracundam fiantque deteriores. Id quod Apostolus ad Ephes. cap. 6. prohibet inquit: Patres, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros. Estque peccatum mortale, nõ tantum ob iram vehementiam, & perperam factam correctionem: sed etiam ob participationem in alieno peccato mortali, cui insipienter ac temere occasio datur.

Amplius idem consequenter subiungit contra Sotum, licere Superiori prædictis pœnis afficere suos Inferiores, non solum ad emendationem ipsorum, seu ne de cætero peccent: sed etiam ad punitionem, siue eo quod antea peccarint. Nam potestas ipsorum est quasi Iudicis, Superiorisve dominum aliquod habentis in subiectos: non vero potestas solummodo correctionis fraternæ: vt patet ex eo quod in familia sicut in repub. peccata commissi puniantur etiam in emendato, ad aliorum saltem exemplum.

Subiungit secundo, non licere patri, vel fratri, nepotes, fratres aut sorores punire, quando ij non sunt curæ illorum commissi; cum tunc non sint veri Superiores ipsorum, ita vt possint per modum castigationis, manus in eos iniicere. Quamquam negandum non est, quin ob coniunctionem sanguinis ad damna eorundem vitanda, tale quid possint, quantum probabiliter ad illud sufficit, nec amplius. Pro quo facit quod ex cap. Cum voluntate in fine De senten. excommunic. excusentur ab excommunicatione, qui aliquos de familia sua, vel propinquos inferiorum graduum, seu minorum ordinum leuiter percutiunt, vt cohibeantur ab insolentis suis. Quod Molina De iust. & iure, tract. 2. disput. 228. §. Illud obiter, extendendum censet ad seniores qui pueros absentibus parentibus infolentes compescunt aliqua percussione moderata. Nisi enim rixæ cum paribus inde oritura sint, opus est pium, parentum vices in eo supplere: præsertim cum ad Iudicem tales deferre ridiculum esset.

Subiungit tertio idem à Nauarra, maritum habere ius verberandi vxorem: de quo dictum iam est in præced. lib. 20. num. 47. Ad extremum subiungit, quod ex cap. 1. cap. Episcopum, cap. Cum Beatus, dist. 45. & ex cap. 1. & 2. De Clerico percussore, habetur illicitum esse verberare Clericos, intelligi debere de verberatione facta ex ira, & subita passione sine iuris ordine: quæ ratione non tam castigatio quam iniuriosa læsio esse censetur.

QUARTA QUÆSTIO. Quas pœnas incurrat homicida: Ad quam respondendum est, ob peccatum homicidij incurri primo iure civili, pœnam capitis; quæ approbatur tam iure diuino, per illud Math. 26. Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt: quam iure canonico, in cap. 1. De homicidio: cuius verba sunt ex cap. 21. Exod. sumpt. 2. Quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euellens eum vt moriatur. Secundum, incurri iure Canonico ab eo qui Clericus sit, pœnam depositionis ab officio & beneficio Ecclesiastico, inhabilitatisque ad omne tale officium, & beneficium: ac etiam irregularitatis. Quæ de re suis locis, nempe cum de beneficiis & irregularitate. Olim in foro conscientie, pœnitentia perpetua imponebatur illi qui de industria homicidium commisisset. Ei vero qui commisisset casu, pœnitentia 7. aut 5. annorum, vt habetur ex cap. Eos vero. & duobus sequentibus dist. 50. Postea autem in Concil. Triburien. cap. vlt. id ita temperatum est, vt summa pœna etiam eius qui de industria homicidium commisisset, constitueretur septem annorum. Sed tales canones sicut & cæteri pœnitentiales, vt annotauimus libro septimo, num. 53. in desuetudinem abierunt, ac pœnitentia iam relinqui-

tur imponenda. Confessarij arbitrio. De obligatione ad restitutionem quæ iure naturali ab homicida incurritur, egimus libro decimo cap. 20. in priorè parte capituli. Excommunicatio autem quæ ob percussione[m] Capituli imponitur, exposita est à nobis in appendice ad primum librum. Ea vero quæ in cap. 1. De homicid. in 6. imponitur occidenti Christianum per Assassinos, omittere possumus tanquam inutilitatem: iuxta ea quæ habent Syluest. in verbo Assassinus, & Nauar. in Enchir. cap. 27. num. 135. §. 29. & expresse notat Couar. in lib. 2. var. resol. cap. 20. numero 10.

24.

QUINTA QUÆSTIO. An aliqua dentur causæ excusantes homicidium à peccati malitia, saltem mortali. Ad quam respondetur; tres tales assignari posse: iusticiam, necessitatem, & inconsiderationem. Propter iusticiam enim licet interficere malefactores, eo modo quo expositum est in priori parte huius capituli: & indicat illud Plal. 100. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. Propter necessitatem vero, licet alium occidere, ad propriam aut alienam defensionem, eo modo quo postea exponitur. Propter inconsiderationem demum, qui alterum occidit, excusatur à peccato homicidij in sex casibus. Primus est, quando is qui occidit, furiosus est, aut mente captus. Secundus, quando est puerante usum rationis. Tertius, quando est dormiens, qui tres casus habentur in Clemen. v. De homicidio. Quartus, cum est ita ebrius ut ex nimia ebrietate priuatur usu rationis. Quintus, quando interficit ex subito motu ante omnem rationis deliberationem. Sextus, quando casu & præter intentionem interficit: idque, siue dando causam non efficacem, id est, ex qua non solet ut plurimum sequi interfectio, ut si inflixit alicui vulnus non lethale, & secuta est mors, vel malitia Medici, qui noxia apposuit: vel negligentia eiusdem, vel temeritate læsi qui oportuna remedia adhibere noluit. Pro quo facit cap. Significasti 2. De homicidio. Siue etiam dando causam efficacem quidem, seu periculofam: sed cautione sufficienti adhibita ne inde aliquid incommodi sequeretur: quia talis diligentia abstergit periculum. Pro quo facit cap. Tu nos, De homicidio.

Obseruandum est itaque, totam rationem peccati, si quæ in istiusmodi casibus inueniatur sumi ex negligentia illius qui interficit: siue is dum interficit, det operam rei licitæ, siue rei illicitæ: adeo ut ille qui præter intentionem interficit, si in præcauendo non sit negligens, etiamsi uacet rei mortaliter illicitæ, non committat mortale homicidium: si negligens sit, crassa seu magna negligentia, committat homicidium mortale. Sin vero sit negligens leui tantum negligentia, committat solum veniale. Quæ doctrina est Caiet. 2. 2. quæst. 64. art. 6. vlt. Sedi lib. 5. De iust. & iure, quæst. 1. art. 9. Nauar. in Enchir. cap. 27. num. 237. & Couar. ad memoratam Clemen. par. 2. §. 4. num. 10.

Illius autem fundamentum est, quod in eiusmodi casibus, occisio nõ sit voluntaria, nisi in sua causa, quæ est negligentia ipsa, cuius proinde tantum ratione, illa potest ad culpam imputari. Atque hinc, quando adulter est in causa ut uxor à marito interficeretur, si id casu contigerit, & præter omnem expectationem ipsius; licet sit reus adulterij, non est tamen homicidij. Non refert vero, quod forte actio prædicta coniunctam habeat periculum homicidij: quia quamuis possit quis contra charitatem peccare, id uolendo, quod est coniunctum cum damno proximi: tamen si adhibita fuerit sufficiens diligentia, ut periculum ipsum vitetur, utque damnum non sequatur, excusatio est à tali peccato: quia ad peccatum requiritur consensus, qui nullus tunc est in homicidium. Nec enim homicidium sub voluntatem cadit tunc directe, quia ex hypothese contingit præter intentionem: neque indirecte, quia, ex hypothese quoque, adhibita est ad illud cauendum omnis diligentia; ita ut desit negligentia ob quam censeri possit quis uoluisse indirecte. Quanquam quia occidens percussus ita, diligentiam raro adhibet, solet in foro externo præsumi homicida: in interno autem statatur ipsius relationi.

CAPVT III.

In quo explicatur siue aliquando licitum interficere innocentem.

SUMMARIUM.

- 25 Nunquam licitum est directa intentione occidere innocentem.
- 26 Quando liceat vel non liceat in bello iusto innocentes occidere cum nocentibus.
- 27 Non licet filios innocentes occidere ob crimen patrum.
- 28 Non licet occidere innocentem pro reipub. liberatione.
- 29 Quid licite agi possit tyranno petente sibi tradi innocentem.
- 30 Iudex eum quem esse innocentem scit priuata scientia, ad mortem condemnando secundum allegata & probata, non peccat, nisi id faciat contra suam conscientiam.
- 31 Si Iudex sit inferior debet illum remittere ad superiorem: non item officium suum dimittere.
- 32 Princeps potest illum liberare, vitato tamen scandalo.
- 33 Quatenus licita sit carnis executio sententiæ, quam nouit iniustam.
- 34 Quatenus licita sit militibus occisio aduersarioy in bello de cuius iustitia eis non constat.
- 35 Quando liceat cum periculo vitæ aliene suam seruare.
- 36 Explicatio difficultatis, an liceat særum exiungere, ut mater à morte liberetur.

REM hanc non carere difficultate videre est apud Pet. à Nauar. in lib. 2. De restit. cap. 3. num. 118. & aliquot sequentibus. Sed tenendum est cum D. Thoma 2. 2. quæst. 64. art. 6. prout tenent Sylu. Homicidium 1. quæst. 2. ver. 2. Caiet. eodem verbo circa principium, Sotus in 5. De iust. & iure, q. 1. art. 7. & à Victoria in relect. de iure belli numero 35. Numquam licitum esse directa intentione occidere innocentem iuxta illud Exodi 23. Infontem & iustum non occides: Nec obstat quod Abraham occidere uoluerit Isaac filium suum innocentem; quia id uolebat ex mandato Dei, qui tanquam vitæ dominus vniuersalis, poterat ad id facultatem dare, prout benedixit Sotus sub finem cit. art. 7. Procedit autem hæc doctrina quantumuis certo constet talem innocentem futurum beatum, quia innocens occisio ex tali prætextu, nulla ratione licita redditur, cum & tunc iustitia per eam uoletur, usurpando sibi dominium vitæ alienæ, quod solius Dei est: neque sunt facienda mala ut eueniant bona.

Dubia de re propofita.

PRIMUM EST, An quando licitum est bellum gere ob interuenientem iustam causam, sit etiam licitum interficere innocentes, qui hostibus nocentibus mixti sunt. Hoc tractat à Victoria in relect. de iure belli num. 34. & aliquot sequentibus. partemque negantem amplectitur: tum quia fundamentum iusti belli est iniuria: quæ illata non est ab innocente: tum quia non licet in reipub. pro delictis malorum, punire innocentes: tum demum quia Deuter. 20. mandatur filiis Israel, ut quando uicerint ciuitatem, alios interficiant quidem, sed parcant mulieribus, & paruulis. Vnde infert idem author in bello contra Turcas non esse occidendos paruulos nec mulieres, exceptis iis quas constaret esse in culpa; additque uideri idem iudicium esse de innoxiiis agricolis apud Christianos: imo & de gente togata pacifica, itemque de peregrinis & hospitibus, qui apud hostes peregrinantur: ac demum de Clericis quia omnes tales in bello præsumuntur innocentes, nisi contrarium probabiliter constet, ut cum actualiter pugnant.

Negandum tamen non est, quin liceat innocentes simul cum nocentibus interficere, quando victoria contra eosdem nocentes nequit aliter haberi: ut ibidem num. 57. à Victoria fatetur: proponens exemplum cum iuste oppugnatur arx aut ciuitas in qua multos innocentes esse constat, neque bombardæ in eam dispendi aut tela mitti possunt, aut ignis subici ædificiis, quin innocentes cum nocentibus opprimantur. In quo casu si illicitum esset innocentes occidere, non posset contra nocentes bellum

geri; & ita causa bellantium frustra esset iusta. Itaque occisio innocens per se quidem illicita est, sed per accidens, seu ex certis quibusdam eventibus potest licita censeretur: ut constabit ex post dicendis in hoc ipso capite.

27. **SECUNDUM DVBIUM**, An liceat ob patris delictum grauissimum, quale est læsa maiestatis, occidere filium ipsius innocentem. Cuius pars affirmatiua confirmari videtur ex eo, quod dicitur in lege Quisquis, §. filij. Cod. Ad legem Iuliam maiestatis: ex lenitate Imperatoria factum esse ne filij eorum qui crimine læsæ maiestatis notati sunt, morti traderentur. Innuitur enim, id alias licitum esse. Sed oppositum tenendum est: quia talis occisio perinde ac aliorum innocens, habet veram ac propriam rationem homicidij, cum non per accidens, vt in bello, sed per se ea fiat; ideoque licere, tanquam de se mala, non possit. Quinimo ex D. Thomæ sententia 2. 2. quæst. 10. art. 4. ad 2. ne quidem mutilare licet quemquam, absque culpa propria, etiamsi possit alia poena affici, prout in eod. articulo præclare declaratur. Lex verò Quisquis, in contrarium allata, nihil obstat; quia illud inique insinuat, vt Couar. attigit in 2. var. resolut. cap. 8. num. 1. conclus. 3. per illud Deuter. 24. Non occidentur patres pro filiis, nec filij pro patribus, sed vnusquisque pro peccato suo morietur. Quod vero legitur in lib. 2. Regum cap. 21. Dauidem tradidisse septem viros innocentes de stirpe Saul, ob peccatum ipsius, vt morte afficerentur, non est ad rem, quia diuina reuelatione id factum est, vt ex initio illius capituli satis intelligitur.

28. **TERTIUM DVBIUM**, An licitum sit tradere innocentem tyranno quando aliter resp. liberari non potest à vastatione. De qua re sententia est Soti lib. 5. de iniuria & iure quæst. 1. artic. 7. & aliquot aliorum quorum meminit Petr. à Nauarr. lib. 2. De reser. cap. 3. num. 11. etiamsi nolit tyrannus desistere à deuastanda ciuitate, nisi occidatur innocens qui intus est: reipub. tamen non esse licitum, ea de causa illum occidere, vt nec sacramenta prophanare, aut hæreticas ceremonias inducere ad talem tyranni petitionem: cum alicui vitam auferre absque vlla sua culpa, malum sit intrinsece, ac diuino naturalique iuri immutabili repugnans, sicut fornicari, vel furari, ita vt innocentem interficere tam sit illicitum ad liberandam rempub. quam prostituere puellam. Mala autem non sunt facienda vt eueniant bona, ex cap. decimotertio ad Roman.

Ipsè vero Petrus à Nauarr. in eod. cap. consequenter talem sententiam improbat. Sed quia res est quæ rarissime contingit, in ea nos immorari diutius non est necesse. Itaque contenti erimus quod ea nitatur bona ratione: ad cuius confirmationem facit, quod occisio innocentis absolute prohibita sit, tanquam iniuriosa non tantum innocenti ipsi, sed etiam Deo cuius est vita illius. Vnde eiusdem sententiæ sunt tum Ludouicus Molina. De iust. & iur. tomo 4. tract. 3. disp. 10. tum etiam Petrus Aragonius ad 2. 2. D. Thomæ quæst. 64. art. 6. vbi habet inter cætera, quod quamuis innocens pro tali bono communi teneatur ex charitate offerre se hostibus occidendis, temp. tamen non posse ipsum ad id cogere: quoniam illa tunc demum potest suos ciues pro communi bono exponere manifesto mortis periculo: cum id fuerit medium per se necessarium ad consulendum publicæ salutis: non item cum fuerit medium necessarium per accidens, seu ex alterius tantum malitia, vt in proposito casu ex malitia tyranni. Nec refert quod innocens teneatur tunc ex charitate se tradere: quia tenetur etiam quis ad martyrium subeundum se exponere, cum necessarium est ad Dei gloriam: nec tamen potest ad id à repub. cogi, etiamsi puniri possit propter peccatum quod committit nolendo facere id quod tenetur ex charitate, sicut punitur si recuset eleemosynam facere constituto in extrema necessitate, aut vendere suum triticum tempore famis.

29. Sed quæres, quid iuris sit cum tyrannus solum petit innocentem sibi tradi, ac nisi tradatur cessaturus non sit à reipub. deuastatione. Respondetur, non videri dubium quin respub. permittere possit vt innocens à tyranno capiat; nimirum non cooperando ad illius defensionem,

sed habendo se ad eam negatiue. Neque enim tenetur respub. cum tanto damno suo illum à morte eruere. Præterea videtur satis probabile, quod respub. possit absolute in eo casu tradere innocentem tyranno ad euadendum adeo grande periculum: non intendendo tamen vt is interficiatur, etiamsi probabile sit interficiendum esse perinde ac tempore belli cogit vt stationem suam obeat, cum aperto mortis periculo & in extrema necessitate auferte potest ei ex manu panem necessarium ad saluandam vitam Principis. Ratio autem est quia talis traditio de se non est mala, sed indifferens, atque si quæ malitia cernatur in ea, solum est ex parte tyranni ob animum ipsius deprauatum, cui respub. non consentit, præterens tantummodo suam liberationem. Neque est perinde in tali casu tradere tyranno innocentem, atque illum occidere; nam istud intrinsece malum est; illud vero est indifferens, prout tenet se ex parte reipub. & insuper sic primo sine, & legitima autoritate superioris in inferiorem: neque Sotus potest id negare cum admitrat simile, affirmando scilicet innocentem ipsum posse illo modo offerre se ac tradere tyranno pro salute reipub. cum tamen ei non liceat se occidere ad petitionem tyranni.

30. **QUARTUM DVBIUM**, An si aliquis vere sit innocens sed secundum allegata & probata nocens esse conuincatur, Iudex qui secundum priuam scientiam certus est de illius innocentia, peccet condemnando ipsum secundum ea ipsa allegata, & probata. Ad quod cum D. Thomæ 2. 2. quæst. 67. art. 2. negatiue respondet Caiet. ibidem & in verbo Homicidium Syluest. verbo Iudex 2. quæst. 5. & Sot. 5. de iust. & iure quæst. 4. art. 2. Couar. in 1. var. resolut. cap. 1. Petrus à Nauarr. lib. 2. de reser. cap. 3. num. 152. & aliquot sequentibus, & alij quos hitres citat, referentes quoque contrariæ sententiæ propugnatores. Ratio vero est, quia cum Iudex sententiam ferat tanquam persona publica, is actum publicum exercens potestate publica, debet eam ferre secundum scientiam publicam, vt feruetur debita proportio notitiæ, cum potestatis vsu. Publica autem scientia est, quam Iudex habet ex actis secundum leges. Qua ratione cum cognoscat nocentem esse eum, quem alias priuata scientia innocentem esse nouit: licite illum morti adiudicat: neque illi talis occisio, etiamsi innocens sit, imputatur ad peccatum, tanquam ab ipso non per se, sed per accidens commissa. Neque etiam putandus est eo nomine peccare, quod contra propriam conscientiam faciat: quia quamuis sciat innocentem esse, non habet tamen hanc conscientiam practicam, *Iste non est occidendus, vel dubito an sit occidendus*: quam si haberet, eaque manente sententiam mortis ferret, mortaliter peccaret, ex Nauarr. ad cap. Si quis autem, De penitent. distinct. 9. num. 128. Patetque per doctrinam communem de conscientia, propositam à nobis in præced. lib. 13. tract. 2. Vnde ad exequendum tunc sine peccato munus suum, talem conscientiam deponere debet: vt secundum antedicta, rationabiliter potest. Aduerte autem quod si Iudex à principio possit accusationem repellere, vel ita eam præuenire, vt a vltiora non procedatur, debeat tali cautela tunc uti, ex Caiet. in cit. artic. 2. versus finem: itemque curare vt si ad interrogationem testium veniendum sit, diligenter eos interroget, ad falsitatem si possit deprehendendam, exemplo Danielis, prout monet D. Thomas 2. 2. quæst. 64. artic. 6. ad 3.

31. Sed rogabis, An si Iudex sit inferior, debeat in proposito casu innocentem ad superiorem remittere iudicandum. Respondetur, quod licet Sotus in 5. de iust. & iure quæst. 4. artic. 2. neget id esse necessarium, contrarium tamen, quod Sylu. in verbo Iudex 2. quæst. 5. insinuat, videri potius tenendum; quoniam licet tale diuerticulum nõ possit ad liberandum innocentem, vt Sotus arguit; prodest tamen vt innocens vita potiat, durante saltem eo intervallo. Quocirca remissa ea, si absque præiudicio legum possit fieri, omittenda non est.

An autem Iudex si possit innocentem liberare dimittendo officium suum, teneatur ad id, non constat. Syluest. quidem loco cit. putat Iudicem ad id teneri, Sotus vero negat. Petrus autem à Nauarr. loco cit. pro vtraque parte

plures citans, rem latius persequitur. Sed satis est notare, videri relinquendum prudentis arbitrio, an ea officij iactura talis sit, quam Iudex ex vi ac lege charitatis teneatur subire pro eiusmodi proximi bono. Aduerte autem obiter, quod si Iudex aperiendo carcerem liberare possit innocentem, debeat illo remedio (cessante tamen scandalo) vti, ex Soto in eod. art. 2.

32. Rogabis secundo, An vt Iudex inferior, sic Princeps nequeat secundum priuatam conscientiam liberare innocentem. Respondetur, liberare posset quia cum Princeps solutus sit legibus, rectaque ratio conuincat liberandum esse innocentem: dubium non est quin id licite faciat, prout docet Couarr. in 1. var. resol. cap. 1. num. 7. sub finem. Debet tamen Princeps ipse, iuxta Caiet. (cuius ibidem Couarr. meminit) 2. 2. *quæst.* 67. art. 2. vt scandalo occurrat, iuramento publice affirmare, se certum esse de rei innocentia.

33. Rogabis tertio, An etiam excusandus sit carnifex qui exequitur homicidij sententiam quã priuata conscientia nouit iniustam. Respondetur, excusandum esse, vt post Caiet. ad citatum D. Thomæ articulum 2. in fine, tenet Couarr. in eod. cap. 1. num. 10. Pro quo ex cap. Pastoralis. §. Quia vero, De officio delegati, sumi potest hæc ratio: quod ad subditum nihil aliud pertineat quam exequi quod ei iubetur. Quamquam negandum non est, quin executor quamdiu iuste seu salua obedientia potest, debeat efficere ne eiusmodi sententia executioni a se mandetur & contendere vt ab ea implenda liberetur: sicut ex eodem textu quoque habetur.

Adde quod si præfata sententia errorem manifestum contineret, non debeat carnifex illam exequi: quia tunc non tenetur obedire, prout post Caiet. & quosdam alios notat Couarr. in eod. num. 10. Probaturque satis per cap. Inter ceteras De sententia, & re iudicata. Ex glossa autem finali ibidem cõtingit error manifestus, si ex ipsamet sententia appareat contra ius eam latam esse. Et ira concedendum est, quod si tyrannus absque vlla causa cognitione, mandato nudo præciperet occisionem, nõ esse parendum: quia tunc non procedit tanquam Iudex; neque ratio vlla est cur oporteat ei parere, iuxta antedicta numero 12. de obseruando iuris ordine.

34. Rogabis postremo, an excusandi sint milites qui de iustitia belli quod gerunt dubitantes, aduersarios ex præscripto suorum superiorum occidunt. Respondetur, excusandos quoque esse: quia inferior in dubiis tenetur superiori obedire, & nominatim in bello gerendo, vt ex cap. Quid culpatur 23. *quæst.* 1. satis constat: expresseruntque Caiet. in verbo Homicidium Nauarr. ad cap. Si quis autem De penitentia distinct. 7. nu. 8. Sotus in 5. de iust. & iure *quæst.* 3. art. 3. ante solutionem primi argumenti, & à Victor. in relect. de iure belli num. 31. Id autem intelligendum est, dummodo milites ipsi dubium practicum deponant per eam rationem, quod vbi non est manifesta iniustitia, obediendum sit superiori præcipienti, iuxta cap. Inquisitioni, de senten. excommunic. §. 2. Et quia, vt ibidem à Victoria argumentatur, Princeps non potest semper, nec debet rationem reddere belli à se suscepti; sique subditi non nisi intellecta iustitia belli militare possent, resp. frequenter patet iniuriæ hostium. Recte quoque idem à Victoria in præced. num. 22. docet, quod si subditi constet de iniustitia belli, non liceat ei militare, etiam ad imperium Principis: id quod habetur etiam ex memorato cap. Quid culpatur. Item quod si subditi conscientiam habeant de iniustitia belli, non liceat eis bellum sequi quamdiu illam retinent, siue erronea sit, siue non sit; quia quod fit contra conscientiam etiam erroneam, peccatum esse ostensum est in præced. lib. 13. cap. 8.

QVINTVM DVBLVM, An propter necessitatem qua quis premitur, liceat ei ad mortem euadendam protrudere alterum in flumen, vel ex alio agere præcipitem, vel conculcare in via, quando fugit hostes à quibus queritur ad necem: & alter ille præter expectationem in loco angusto occurrit.

Sextum est, An cum plures sunt in nauì, liceat aliquos ex iis proicere in mare orta tempestate, vt ceteri saluentur.

Septimum, An licitum sit in naufragio eripere alteri tabulam, aut in tempore famis eripere panem si ambo sint in extrema necessitate. Octauum, An liceat alicui interficere innocentem ne ipsemet à tyranno occidatur. Nonum, An liceat excutere foetum mulieris grauidæ, vt ea liberetur à morte, cuius a seculo periculo exponitur.

Ad quæ paucis respondetur: ad quintum quidem, cum Petro à Nauarr. lib. 2. de reser. cap. 3. num. 135. id non licere si certitudinè sit inoralis, mortè innocentis inde secururam; quam inferre nunquam licitum esse, antea habitum est. Sin autè aliqua probabilis spes esset non secururam mortem, tunc fugientem (licet in eo spes ipsum fefellerit) non cenferi homicidij reum. Cuius responsionis ratio est, quam idem author habet in sequen. num. 136. quod ille innocens, sicut & iste fugiens, habeat ius ad eum locum, iustamque habeat illius possessionem. Vnde sicut illicitum esset panem vel tabulam, quam alter est affectus, quoque extreme indiget ad propriam salutem, ei auferre: ita & in proposito casu, cum quis à loco quem iuste possidet, & in quo inculpabiliter manet nequire cedere sine vitæ suæ discrimine, adeo vt extreme egeat illo. Dixi inculpabiliter manet, quia non videretur habenda ratio illius qui cederetur ibi hæere per suam aut aduersarij malitiã, nisi quod cauenda sit directã intentio occidendi. Cum vero dubium fuerit, mortem innocentis euenturam, ideo non erit homicidium, quod non teneatur quis certo mortis periculo se committere; vt in dubio conferret vitam alterius, etiam innocentis; quamquam teneatur eam circumspectionem adhibere, quam pro tempore & loco potest, ne tali noceat.

Ad sextum vero: si omnes sint contenti, posse tunc fortibus vite misis definiti quinam proiciendi sint, & eos super quos fors occiderit proici sicut factum est Ionæ 1. aut certe cum omnes ad nauim par ius habeant, fortitudine rem transigi, nam cum duo æquale ius habent ad eandem rem, vterque potest vti iure suo, neuterque teneatur cedere alteri, sed potest res transigi fortitudine; quemadmodum in bello vtrique iusto, milites possunt aduersarios vtrique interficere, etiam si forte innocentes sint.

Ad septimum, tale quid non licere: quia non est par ius vtriusque, sicut in præcedenti casu. Nam ille qui rem possidet, potiorẽ titulum habet iuxta regul. 65. iuris in 6. In pari delicto vel causa, potior est conditio possidentis.

Ad octauum respondetur; id nequaquam licere. Ratio est: quia ille qui per coactionem hominis mali nocet alteri, efficitur minister iniquitatis ipsius: quod nullo modo licet.

Ad nonum respondetur; id directe licere, quando foetus mortuus est in vtero: quia nihil datur quod obster. Quando vero capax est vitæ, sed nondum vitæ: non licere quidem directe: quia talis excussio est de se illicita, perinde ac pollutionis procuratio; vtpote quæ (frustrando nimirum semen fing ad quem natura ipsum destinat) perinde contraria est naturæ generationis humanæ, nec est de se medium institutum ad recuperandam sanitatem. Indirecte autem posse licere: nempe si matri periculose laboranti nõ superstit aliud accommodatum remedium, quam tale pharmacum, quod est directe tendat in ipsius curationem, habet tamen coniunctum abortionis periculum: propter hoc etiam mater (dummodo abortionem non intendat directe) non impeditur post susceptum semen vitæ, vt nec ante, vti remedio necessario ad conseruationem vitæ suæ, quam non tenetur posthabere alienæ, maxime existenti solummodo in potentia.

Quando autem scetus viuic infusa in eum anima rationali, nullo modo licitum esse præbere matri medicamentum etiam directe curatiuum, cum valde probabili periculo prolis, quam probabile est viuam alioqui edendam. Istud atque præcedens docent Syluest. in verbo Medicas, *quæst.* 4. Atmil. in verbo Abortus num. 2. Nauarr. in Enchir. cap. 25. num. 62. & alij quos refert Petrus à Nauarr. in lib. 2. de reser. cap. 3. num. 137. Probatur vero: quia ob necessitate spiritalem proximi tenemur vitam nostram corporalem, quando illa id requirit, exponere; iuxta illud

1. Ioan. 3. Nos debemus pro fratribus animas ponere. Sed in eo casu si infans interficiatur, æterna salute priuabitur ob defectum baptisimi. Quare tenetur mater vitam suam corporalem periculo exponere potius, quam occasionem dare morti sui infantis; per quam æterna salute irremediabiliter priuabitur. Dicitur est autem: cum valde probabili periculo prolis: quia, vt Petrus à Nauar. expressit in sequent. nu. 144. si probabiliter constaret quod mater exposita extremo mortis periculo infans viuere nequeat, sed moriturus sit cum matre, huic sanguis minui, aliaque medicamenta porrigi possunt ex quibus speratur alterum duobus saluandum esse. Arque iuxta Nauar. in eod. nu. 62. non peccabit medicus, si credens probabiliter foetum non esse animatum animam rationali, matri periclitanti de vita, pharmacuta iuxta antedicta præbeat: quo eam à tanto periculo liberet. Non enim est locus reprehensio in eo qui ratione probabili innixus agit. De his videri potest Thomas Sanchez in lib. 9. de matrimonio disput. 20. per totam, & Lessius lib. 2. de iustitia & iure, cap. 9. dub. 10.

CAPVT IV.

In quo explicantur, an aliquando liceat occidere seipsum.

SVMMARIVM.

- 37 Seipsum dedita opera occidere non licet, cum homo non sit vite sue dominus.
- 38 Solutio obiectionis de Sampson & nonnullis aliis, qui non reprehenduntur ex eo, quod sibi mortem intulerint.
- 39 Nec felicitatis consequende gratia, nec in causa religionis, aut ad virginitatis conseruationem licet mortem sibi conseruare.
- 40 Tenetur homo vitam propriam conseruare.
- 41 Inter actus eadem conseruationi contrarios, quidam nunquam, & quidam aliquando liciti esse possunt.
- 42 Quando liceat, aut non liceat permittere se ab aggressore occidi.
- 43 Permittendum esse potius se occidi, quam fornicationem aut aliquid aliud intrinsece malum committere.
- 44 Quando damnandus ad mortem potest non fugere oblatam fugiendi commoditate.
- 45 Homicida occultus non tenetur se detegere ad liberandum eum qui tanquam reus loco ipsius, afficiendus est extremo supplicio.
- 46 Secus est si suo testimonio falso ipsum exposuit tali periculo.
- 47 Varii casus in quibus licet vitam suam periculo exponere.
- 48 Quando mortaliter peccetur breuiando vitam per abstinentiam à cibis.
- 49 Quando à tali peccato potest esse excusatio.
- 50 Explicatio dubij de eo qui fecit votum abstinentiæ à carnibus. An potest illi vesci, cum illi necessarium est ad vitæ conseruationem.
- 51 Cum necessarium est ad vitæ conseruationem, vesci licet cibis vitæ: nisi quod specialis ratio sit de carnibus humanis.
- 52 De obligatione obediendi medico præcipienti sumptionem certi pharmaci pro vitæ conseruatione.
- 53 Non licet mutilare seipsum, exceptis duobus casibus.
- 54 Obligatio ad conseruationem sui, cessat in quatuor casibus.

LICET excusetur à peccato qui præter opinionem suam intentionem interficit se (vt accidit mulieri de qua mentio est in cap. Et parte 2. De sepulturis) semper tamen illicitum est seipsum occidere, vt post D. Thom. 2. 2. quæst. 64. art. quinto habent Syluest. Homicidium 1. nu. 4. Nauar. in Enchir. cap. 15. nu. 11. Couar. in 1. variat. resolut. cap. 2. num. 9. Sotus lib. 5. de iust. & iure quæst. 1. art. 5. Petrus à Nauar. lib. 2. de restitut. cap. 3. nu. 14. & aliquot sequentibus ac Ludouic. Molina de iustitia & iure, tomo quarto, tract. 3. disput. 9. Estque sententia D. August. in 1. De ciuit. à cap. 15. ad 26. constatque ex cap. si non licet, & tribus sequentibus. 23. quæst. quinta: in quorum vltimo, sumptum ex Concilio Bracharensi, prohibetur ne vlla pro eis in obligatione fiat commemoratio: neque cum palmissis ad sepulturam corpora eorum deducantur.

Confirmatur etiam aperta ratione; quia id est contra charitatem, quam homo sibi debet: & sicut etiam modo contra iustitiam, cum dominum exerceat in vitam, cuius in se dominus non est, ex lege. Liber homo fit. Ad legem Aquiliam: quod Sotus tractat in 4. De iust. & iure, quæst. 2. art. 3. & post ipsum Ludouicus Molina in præced. disput. prima. Vnde est, quod si quis alterum de ipsius etiam consensu interfecerit, non sit à culpa liber; qui scilicet: alter ille talem potestatem ei facere nequit: vt potest vitæ propriæ dominum non habens: sicque Dauid. 2. Reg. cap. 1. iuste puniuit morte Amalecitem, qui Saulem ad ipsius petitionem interfecit.

Si obiciatur factum Sampsonis Iudic. 16. qui alios occidendo, seipsum etiam necauit. Responderetur id fecisse Dei reuelatione prout habetur ex cap. Si non licet, 13. quæst. 5. & ex D. August. in lib. 1. De ciuitate cap. 21. refert D. Thom. in cit. art. 5. ad 4. Dicit potest etiam Sampsonem ipsum, absque alia dispensatione, vt ad comune bonum interimeret hostes, tanquam fortissimum militem, voluisse periculo se obicere; prout habet Sotus lib. 2. De iustitia & iure quæst. 3. art. 8. ad 3. & ante eum Franc. à Viç. in relict. de homicid. num. 37. Actus enim fortitudinis est, vitam exponere pro reipublica. Quo etiam nomine fortissimus Eleazarus à culpa excusatur, dum cum tanto vitæ periculo elephantum interemit, vt Machabæorum narrat historia lib. 1. c. 6. Similiter à peccato excusatur qui ingressus in hostium nauem, aut domum: illam submergit, aut hanc incendit, hostes ipsos iuste punit, quamuis periturus sit cum eis. Excusari quoque potest ille qui post latam in se à Iudice sententiam mortis, vt ostendat se libenter pati propter iustitiam; sua sponte scalas ascendit, aut manus porrigit ligandas, aut ceruicem submittit carnifici, aut immisit in os à carnifice venenatum poculum haurit; quoniam ille qui cooperando Iudicis sententiæ ac mandato tale quid facit, non tam agit quam patitur libenter; prout notat Sotus 5. De iustitia & iure quæst. 6. in fine. Id quod procedit iuxta Couar. in 1. var. resolut. cap. 2. num. 10. vers. 5. siue quis iuste, siue iniuste sit condemnatus.

Potest etiam meum maiorum tormentorum in hac re excusare: quia eum quis cogitur, actio non est tam ipsius, quam cogentis. Sicque possunt excusari Catholici, qui nostris temporibus sunt ab hæreticis coacti bibere venenum, vel ex altis locis se præcipitare, grauiora alioqui passuri tormenta. Excusari quoque potest is qui grassante incendio si non suppetat alia ratio euadende mortis tam horrendæ, deciderit se à sublimi cum certo vitæ periculo. Ad quod facit quod non sit homini prohibitum ne vnquam exponat vitam periculo; sed ne sine iusta causa exponat, nec tanquam habens exosam, auferat sibi eam.

Ex hac autem proposito difficultatis explicatione deducitur primo, mortaliter peccare eum; qui sibi mortem consciscit, quantumuis id faciat felicitatis consequende gratia, aut vt huius vitæ miseriam euadat, prout notauit D. Thomas 2. 2. quæst. 64. art. quinto, ad 3. Deducitur secundo nulli vnquam licere seclusa diuina iussione, etiã causa religionis & martyrii, vltro seipsum iugulare, aut veneno occidere. Illud Couar. notat in memorato cap. 2. num. 9. vers. 2. & post ipsum Petrus à Nauar. lib. 2. De restitut. cap. 3. nu. 107. Immo neque famina licet seipsam occidere ne ab alio constupretur (vt est ibidem D. Thomæ recepta sententia) quia in muliere per vim opprimi, cūmen non est, si consensus absit: tunc enim potius dicitur pati quam agere. De quare Nauar. in Enchir. cap. 16. num. 1. proque ea multi canones habentur 32. quæst. quinta. Notat autem D. Anton. 2. par. tit. 5. cap. 6. sub finem; quod etiam si virgo in eo casu signaculo annuicet et virginitatis, non perderet tamen virginitatem; debeturque ei, inquit ille, aureola virginitatis: quod etiam docet Sotus in 4. distim. 49. quæst. 5. art. 2. concl. 2.

Quod si obiciatur, minus malum esse propriam occisionem, quam à Dei charitate excidete; ideoque ad istud vitandum, illam licite elegi posse. Responderetur negando fœminam per hoc quod vi opprimitur excidete à Dei charitate. Si virgeas saltem constitui in periculo consensus in peccatum. Responderetur euentum periculi esse incertum.

38.

39.

ORIGINAL
RAXIS
P
EV

tum; præsertim cum Deus, quo maior fuerit occasio periculi, eo maius suppeditabit auxilium: nec sceminam ipsam patietur supra vires tentari; iuxta illud quod D. Paulus pollicetur in priori ad Cor. cap. 10. v. 13. Quod si adhuc obiciatis plerasque sceminas quas colit Ecclesia, ne virginitatem amitterent sibi ipsis mortem conscivisse: ut Divus August. testatur lib. 1. De civ. cap. 26. Respondetur eas ex diuina revelatione id fecisse, ut ex eodem D. August. tenet D. Thomas 2. 2. quæst. 124. art. 1. ad 2. aut inuincibili ignorantia potuisse excusari. Neque etsi Caiet. ad eum locum D. Thomæ, & Franciscus à Victoria in relect. De homicidio, nu. 37. negent posse circa hoc præceptum dari iustam ignorantiam: tamen quoad hunc casum, secus sensit Sotus lib. De iust. & iure, quæst. 1. art. 5. in fine, & post ipsum Ludovic. Molina de iustitia & iure, in citato tract. 3. disput. 9. sub finem: quia cum quid est de iure naturali occultum, neque facile periciam habet rationem; in ipsum cadere potest ignorantia inuincibilis. Id quod in proposito casu vsuuenite non ægre concedet, qui considerauerit sceminas esse castitatis seruandæ studiosissimas intuitu Dei & virtutis: neque in subtilitatibus iuris versatas. Sicque intelligi potest quod ex cap. Non est nostrum, 23. quæst. 5. obicitur, licitam esse sceminis occisionem sui, ad conseruationem castitatis.

Aduerte autem obiter, non esse facile credendum inspirationibus cooperandi efficaciter suæ morti, cum ex Apostolo in 2. ad Corinth. cap. 11. Satanas transfiguret se in Angelum lucis: ad eum merito quisque sibi ipse fraude timere debeat ac cauere. Quæquidem fraus eo maxime indicio detegatur, si talis suggestio non tendat ad Ecclesiæ adificationem urgente necessitate, sed tantum ad propriam complacentiam & æstimationem.

Difficultas antedictis annexa, de vitæ propriæ conseruatione.

40. Sed difficultas hoc loco occurrit, An ut nemini licet seipsum occidere, ita nec liceat vitam propriam non conseruare. Tenendum est autem cum Francisco à Victoria in relect. De temperantia, nu. 1. non licere. Quod patet ex cap. Non mediocriter, de consecr. dist. 5. & ex eo, quod 22. quæst. 147. art. 1. ad 2. D. Thomas habet ex D. Hieron. nihil interesse, parua an longo tempore te interimas. Ac demum ex eo, quod non conseruare vitam suam, repugnet charitati, qua quisque tenetur diligere seipsum; sicut negare proximo necessaria ad vitam conseruandam, contrarium est charitati quæ ei debetur.

Attamen multæ in hac re particulares difficultates possunt esse. At quarum resolutionem aduocandum est, inter actus mortiferos, esse quosdam qui positive, & immediate, ex propriaque natura tendunt ad mortem: ut porus veneni, iugulatio, strangulatio, proiectio in rogam, præcipitatio ex alto loco, & alij quibus homo semetipsum interficit: quosdam vero esse qui negative, & mediate, atque ex accidenti ad mortem adferendam apti sunt: ut non fugere à loco ubi viget pestis, oblatam tabulam in naufragio relinquere alteri, non sumere cibum aliquem, vel portionem, & similia quibus homo censetur non conseruare vitam suam.

41. Priores igitur nunquam licent: posteriores vero ex aliqua causa sepe liciti sunt, ut recte notauit Petrus à Nauar. l. 2. De restit. c. 3. nu. 72. post Couar. in lib. 1. variarum resolut. cap. 3. nu. 8. sub finem. Cuiusmodi causa est, tum Dei honor per testificationem diuinæ veritatis, aut euitationem alicuius peccati, aut executionem alicuius virtutis, quando ea est in præcepto, aut in consilio; tum salus Reipublicæ, tum etiam proximi salus spiritalis: quam vtramque, esse vitæ temporali præferendam, tamquam maius bonum minori, recta ratio præscribit. Neque enim in tali casu imputatur homini sua mors, ut nec nauis impugatur submersio nauis ob absentiam ipsius; quando ea fuit propter maius bonum, ut propter vitam propriam tuendam, vel propter spiritualem animæ suæ salutem.

Illud ipsum autem (actus inquam, posterioris modilicitos esse ex causa) maxime omnium dicendum est de nonnullis per quos vita impeditur prolongari: ut exempli gratia, quod aliquis iusta de causa non conferat se ad locum ubi sit salubrior & clementior aura, prout notat à Victoria in relect. De homicidio, nu. 33. aut quod non vtatur fa-

lubribus medicinis, prout habet Medina in Cod. De ieiunio quæst. vltima ad primam rationem. Aduertendum enim est, præceptum de se conseruando, non obligare in casu quo id omittitur propter maius & melius bonum; cum tunc, saltem consilium sit, anteponendi bonum maius, & melius minori: neque ad aliud obligat, quam ad vitam conseruandam per media de se ad id ordinata. Non enim tenetur quis in vniuersum uti omnibus medijs quibus vitam conseruare, prout notat quoque à Victoria in sequen. num. 35. Et patet, quia obligatio esset ad moraliter impossibile.

Conclusiones deductæ ex proposito & difficultatis explanatione.

42. Ex qua doctrina inferitur primo, quamuis non sit obligatio, licitum esse tamen alicui non occidere aggressorem; id est, cum quis aliter euadere nequit, permittere potius se occidi, quam occidere inualorem, ut ei relinquat tempus ad agendas penitentiam. Talis enim actus non defendendi se est de eorum numero, qui ex accidenti, & negative tendunt ad mortem: ideoque secundum paulo antedicta, licitum esse potest ex iusta causa; qualis in hoc casu censetur esse bonum eminentis charitatis, qua vita propria pro aliena salute spiritali ponitur exemplo Christi. Ita docent præter Caiet. 2. 2. quæst. 64. art. 7. plures alij, quos refert, sequiturque Petrus à Nauar. in cit. cap. 3. num. 62.

Ad quod illustrandum ipuduci potest illud ex cap. Non est nostrum, 23. quæst. 5. Non est nostrum mortem arripere, sed illam ab aliis libenter accipere. Et illud ex sequen. quæst. 8. cap. communior. Vultis in vinculari capere, vultis in mortem: voluntas est mihi, &c. Quod si possit quis euadere fugiendo, debet potius fugere quam permittere se occidi. Atque si aliqua forte de causa contingat non esse bonum supererogationis, consiliumve non defendere seipsum, oportet bit omnino, etiam cum aggressoris occisione, si aliter fieri non potest, vitam propriam defendere. Nam ut non est licitum spiritalem vitam propriam amittere pro spiritali vita proximi: ita nec licitum est, pro temporali salute hominis priuati, tradere se morti voluntariæ; quia ut illud, sic & illud, est contra charitatis ordinem, secundum quem tenetur meæ salutis prius prouidere, quam alienæ, nisi interueniat specialis ratio ob quam aliter agendum sit. De qua re Petrus à Nauar. in eodem cap. 3. num. 38. & aliquot sequentibus.

Inferitur secundo, hominem mori debere potius, quam committere fornicationem, etiam posito, quod non possit aliter vitam suam conseruare. Fornicatio enim est intrinsece mala, quæ nulla circumstantia cohonestari potest. Vbi aduerte quod Petrus à Nauar. notat in eod. cap. 3. nu. 104. & 105. ob nullum mortis metum, licere viro cum aliena coire: quia cum actione concurret, id nequit, quin consentiat. Aliaque ratio est de scemina: quæ sine suo consensu corrumpti potest, vtram ante attigimus; & ideo ad euitandam mortem quæ ei alioqui certo inferenda est, pati potest se corrumpti, dummodo absit tum consensus in turpitudinem, tum etiam eiusdem periculum apertum. Veruntamen, quia ob vehementem, naturæ inclinationem in eum actum, raro abest tale periculum, licitum est scemina se occidi permittere potius, quam tale quid perpeti. Quod autem de fornicatione dictum est, eadem ratione dicendum est de quavis actione similiter mala intrinseca: adeoque de quavis præcepti transgressionem in contempum legitime præcipientis. Ad quod faciunt tradita in præcedenti lib. 11. cap. vlt.

Inferitur tertio, ex proposita doctrina, licitum esse ex iusta causa martyrium expectare nec fugere, quemadmodum notat Couar. in lib. 1. variarum resolut. cap. 2. num. 9. Nauar. in Enchir. cap. 11. num. 40. Sylva verbo Martyrium. Quando vero iusta causa interuenire censetur, Petrus à Nauar. in memorato cap. 3. num. 111. vno verbo expressit; inquit, tunc hominem teneri pro Christo vitam offerre, cum si non faceret, vituperio esset apud infideles ministerium nostrum. Eadem ratione dicendum est, quod qui iuste detinetur in carcere probabiliter afflicendus extremo supplicio, possit non fugere, oblata etiam

iam opportunitate. Tunc enim iusta datur causa per qua actus non fugiendi iustificetur; nimirum factio delicti eiusque punitio in aliorum exemplum. Ita obseruat post Caiet. 2.2. *quest. 69. art. 4.* Couar. in cit. cap. 2. nu. 10. *vers. 6.* & post Ioannem Maiorem Perrus à Nauar. in eod. cap. 3. num. 77. Contrarium vero quod aliqui tenent, vt Franciscus à Victoria in relect. De homicidio, num. 29. admiserim, cum quis tale quid fecerit domino sine quidem, non tamen sufficienti; prout facile contingere potest, id facienti ex ira, vel alia passione.

De detento autem in carcere, qui cum innocens sit in se damnandus est ad mortem simpliciter iudicandum est, non posse data oportunitate de carcere non fugere: quoniam in tali casu non datur sufficiens causa iustificans: adeo vt is per præceptum de se conseruando, fugere teneatur ex Couar. in sequen. v. 7. Qui postea nu. 12. docet innocentem si aliter condemnationem iniquam euadere non valeat, posse cum carceris effractione euadere: neq; inde secuta damna, illi imputanda esse: cum vtens iure suo nemini sit iniurius. Quod tamen intellige regulariter loquendo quoniam posset aliquando ex fuga sequi tanta Reipubl. perturbatio, vt vincens teneatur non fugere, cum bonum publicum anteponendum sit priuato.

45.

Inferitur quarto, ex eadem doctrina; quod non teneatur quis detegendo homicidium quod perpetravit, mortis periculo obicere se; ad liberandum innocentem qui tanquam eiusdem homicidij vere reus, morte efficiendus est secundum allegata, & probata. Id quod Sotus expressit lib. 4. De iustitia & iure *quest. 6. art. 3. ad 4. argument.* Et probatur, quia is nihil committit in innocentem, cuius mors ex actione ipsius sequitur: quidem non tamen per se, quasi in illud ea dirigatur natura sua, aut ex agentis intentione: sed tantum per accidens: nempe quod acciderit immiseri ei accusationem testificationemq; aliorum qua ad talem mortem per se dirigantur. Neque obstat, quod tale quid providere potuerit: quia inde tantum sequitur peccasse contra charitatem, omittendo cautionem requisitam ad impediendum proximi damnum: non autem contra iustitiam, contra quam est homicidium; quia quando ex aliqua actione damnum sequitur tertio, non ex natura actionis, sed vel ex malitia vel ignorantia aliorum, que ei se immiserit, actio eiusmodi non iudicatur iniuriola esse respectu agentis, sed alterius malitiosi, aut ignorantis qui occasione illius damnum dat. Veruntamen licite atque laudabiliter talis faceret, si suum delictum fateretur, quia actus is, quo fateretur; seque Iudici offerret, pertinet ad posterius genus actuum, qui nu. 46. & 47. propofiti sunt. Deinde potest id cohonestari per circumstantiam, quod earum ratione ille qui reus est, non autem innocens, penas peccati admitti pendat.

Porro quod à Victoria in relect. De homicidio nu. 29. innuit esse actum de se malum, si larro offerat se Iudici, certum non est; nam eum cohonestari posse ex iusta causa Nauar. satis in dicere videtur, cum in Enchir. cap. 15. n. 21. *vers. 2.* dicit homicidam non teneri seipsum carceribus aut morti sibi inferre de tradere; etiamsi hoc facere, saluti animæ valde conducere. Hoc enim addens significat cohonestari posse: quia si non posset nec saluti animæ villo modo conducere valeret. Ad quod etiam facit quod D. Thomas 2.2. *quest. 64. art. 5. ad 2.* ait publicam potestatem habenti, non licere quidem ob peccatum quodcumque se occidere, licere tamen se committere iudicio aliorum.

46.

De cetero negandum non est quin is qui suo testimonio alium morti falso addixit, possit cum vitæ propriæ periculo seipsum retrahere: immo & ad id teneatur, iuxta Sotum loco paulo ante citato atq; alios quos refert & sequitur Perrus à Nauar. in sepe memorato cap. 3. num. 251. perinde ac si qui rem alterius furatus est teneatur omnino, etiam cum proprio damno rei familiaris, domino necessitatem alias patienti, illam restituere. Licet enim mihi plus teneam quam proximo, quando omnia sunt paria: tamen quando ego sum efficax causa damni, conditio damnificati, *reipote innocens*, potior est, quam mea, qui sum nocens. Quia in reidem iudicium est de eo qui causa fuerit talis falsi testimonij vt idem à Nauarra. in seq. num. 253. ha-

bet: quia partii refert an per tuum testimonium, an vero per inductionem alterius ad testimonium ferendum occidas proximum: cum reuera constet quod tua causa illi sit iniuria moriendum. Attamen si retractatio nihil esset pro futura, non teneretur quis ad illam cum vitæ periculo. Sicut nec si quis per ignorantiam quandam, aut obliuionem inculpabilem falsum testimonium dixisset, vt idem ibid. num. 254. addit. ex Caiet. quia materialiter tantum dixit falsum (sicut is qui librum accipit nesciens esse alienum, materialiter tantum committit furtum) ideoque non obligatur ex iustitia in commodum subire ratione delicti. Hocque quod de falso teste dicitur, pari ratione dicendum est de Iudice qui innocentem damnauit.

47.

Inferitur quinto, ex propofita doctrina, quod etsi communiter peccatum sit, se mortis periculo exponere (exemplo sunt illi quorum meminit Nauar. in eod. cap. 15. n. 8. qui netimidi habeantur per nimiam audaciam se exponunt itemque funambuli ac duellantes) in multis tamen casibus id licere propter circumstantiam aliquam cohonestantem actum eum. Hac enim ratione ob publicam necessitatem milites exponentes se periculo belli, excusantur: prout notat à Vict. in relect. De temperantia nu. nono, & in relect. De homicidio n. 32. Medina in quest. vlt. De ieiunio ad secundam rationem, Couar. in r. var. resolut. cap. 2. nu. 10. *vers. 9.* & Sotus lib. 5. De iust. & iure *quest. 1. art. 6. concl. 1.* Ratioq; est quia bono publico postponenda est vita priuati: sicut incolumitati torius, natura magistra, postponitur incolumitas patris. Item ob vtilitatem publicam, vt notat à Victoria in cit. nu. 32. excusatur nauigatio in mari, etiamsi vix contingat non dari in ea magnum aliquid vitæ periculum. Excusantur etiam ij qui vitam corporalem pro corporali proximi vita prudenter exponunt periculo: prout docent à Victoria in relect. De homicidio, num. 25. Sotus in cit. art. 6. concl. 3. Pro quo facit illud 1. Ioan. 3. In hoc cognouimus charitatem Dei quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Id quod non ad solum proximorum spiritale bonum spectare, sed etiam ad corporale satis indicant, quæ ibidem proxime sequuntur. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, &c. Facit etiam quod habet D. Paulus ad Ephes. cap. 5. Vni debent diligere vxores suas, sicut corpora sua.

An autem excusetur vxor si cum magno suo periculo affideat marito peste laboranti, quando hoc officium nullo modo profuturum est, neque facit alio prætextu, quam vt pereunti marito adsit, & consolationem impendat. A Victoria quidem in relect. De homicidio videtur hæsitare dicens in num. 31. non audere eam condemnare: sed in relect. De temperantia nu. 9. *vers. 3.* eam plane excusat. Excusandum similiter esse coniugem reddentem conjugale debitum coniugi leproso perenti, si adsit periculum fornicationis, patet: quia is actus non est de se ad mortem ordinatus, quantumuis sit periculosus: tuncque circumstantia adest quæ illum cohonestat. Maius vero dubium est, an coniux ad id teneatur, quod tractandum est cum de matrimonio.

Addendum est, iuxta Nauarum in Enchir. cap. 15. excusari eum qui agit illa, in quibus ordinarie periculum est mortis, sed ea circumspeditione, & moderatione vitur, vt probabiliter euadere possit: nec videatur periculum adesse. Sic enim excusatur in num. 8. funambulos, qui iis viribus, & agilitate corporis pollent, & sunt ita circumspediti in suis locis exercendis, vt periculum verosimiliter abesse iudicetur. Item haurentes venenum sumpto statim efficaci antidoto, & in seq. n. 9. exercites torneamenta, habentia adiectum mortis periculum, cum aduersus hoc adhibent sufficiens remedium. Item nu. 13. matrem, seu nutricem quæ noctu in lecto prope se infantulum collocat adhibita tanta diligentia aduersus periculum suffocandi ipsum, vt probabiliter credatur nullum adesse. Ac demum in nu. 18. eos qui raptos agit cum ea moderatione & circumspeditione vt nullum sit in eo periculum mortis, aut mutilationis. Veruntamen quia talia periculosa sunt natura sua; neq; per moderationem peri-

cium

ORIGINAL
RAXIS
PRO P...
EV

culum omnino tollitur, ita ut non nunquam inde mors, aut mutilatio contingat, non videntur consulenda, nisi bonum commune exigat: ut contingere potest quoad torneamenta: quoad taurorum autem agitationem vix: & quoad ambulationem super funem, nunquam.

48. Insuper sexto, qualiter iudicandum sit de abstinentiis, aliisque id genus, quibus vita breuiatur. An liceant necne? Nam loquendo absolute tenenda est pars negatiua: ut tenent Franc. à Viçt. in relect. De temper. qua. vlt. & Couar. 2. 2. quest. 147. art. 1. & Medina in Cod. De ieiunio, quest. vlt. extendendaque est non solum ad casum in quouis ex intentione, siue ut cito moriatur, id facit: sed etiam ad eum in quo non intendit quis aliquid eiusmodi: aduertit tamen vitam suam notabiliter inde breuiari. Id quod Nauarr. in Enebir. cap. 15. num. 12. annotans, vult in tali casu mortale committi, nisi bona fides excuset: ut censetur cum etiam si quis tale quid aduertat, nihilominus existimat se benefacere: extimatione scilicet, quam purget ignorantia probabilis; adeoque sufficiens ad agentem excusandum à peccato saltem mortali.

Cæterum si quis aduertat se ex abstinentia damnum vitæ capere, non tamen notabile: tunc peccat solum venialiter ex Caiet. loco cit. quia leue nocumentum constituit tantum peccatum veniale, idque adhuc, quando aduertit se virtutis abstinentiæ limites excedere: nam alias ne quidem veniale committeret: propterea quod intra abstinentiæ limites cadit vitam ex bono sine aliquantulum breuiare per exiguum nocumentum: prout tum rationibus, tum patrum autoritatibus. & exemplis ostendit Medina in cit. quest. vlt. Qua de re videri potest Petrus à Nauarr. in lib. De relict. cap. 3. nu. 85. & ali quod sequentibus.

49. Iam licet nulli omnino fas sit erimere se abstinendo à cibo; possit tamen in ægroto tanta esse animi deiectione, & appetitiuæ virtutis confectio, ut non possit nisi cum summo labore & cruciatu cibum sumere, eaque de causa, quia tunc impossibilis quadam interuenire censetur, talis excusandus est saltem à mortali: præsertim quando exigua, aut etiam nulla fuerit spes vitæ. Ita docet Franciscus à Victoria, in relect. De temperantia nu. 1. Similiter concedendum est non teneri quem per alimenta vitam quantum potest prolongare. Nec enim tenetur uti cibis optimis, & delicatissimis, quamuis sint salubriores; ex eod. à Viçt. in sequ. n. 11. & de homicid. nu. 34. Itemque ex Couar. lib. 1. var. resolut. cap. 2. nu. 10. in principio. Ratio autem horum est, quod Deus non iniunxerit nobis, ut vsque adeo solliciti essemus de vita. Sufficiet igitur communibus uti alimentis, nec oportebit carne potius uti, quam piscibus, vel ouis: & potu vini potius quam aquæ, etiam si medicus id consulat, nisi forte ad id cogat ægrotudo, cuius causa acquiescendum est consilio medicorum, & ideo abstinendum ab iis quæ illi iudicarent nocua; non secus ac sani debent non modo à venenosis, sed etiam ab aliis noxiis cibis se præseruare. Quæ doctrina est Franc. à Victoria in cit. num. 34. Ex qua intelligitur, quod si alicui etiam nocenti præciperet iudex, ut per se sumeret potum venenatum, illi obediendo tali iniusto præcepto, tanquam occidens seipsum grauitè delinquat, iuxta Sotum in 5. De iust. & iure quest. 6. art. 4. in fine. Confirmatur vero, quia talis actus est de genere eorum qui directe immediateque tendunt ad mortem; quo fit ut nulli vnquam excusari possit. Et si concedendum videatur multos bona fide aliquid eiusmodi facientes, excusari à peccato per ignorantiam.

Dubia aliquot, De eadem conseruatione vitæ proprie.

50. Occurrunt hic nonnulla dubia. PRIMVM EST, An qui vorum emisit abstinendi perpetuo à carnibus possit illis vesci, cum id ipsi necessarium est ad vitæ conseruationem. Cui satis sit sequentibus propositionibus. Prima est: quod talis, si nullus sit alius cibus qui sumi possit, teneatur carnem comedere. Hæc est Franc. à Viçt. in relect. De temper. n. 10. & Medina De ieiunio quest. vlt. ad. 4. rationem. Et probatur: quia tunc non comedere est in effectu se occidere. Secunda est: quod si extrema sit necessitas vescendi carnibus ad vitam conseruandam, etiam alij cibi suppetant, talis quoque possit illis vesci. Ratio est: quia

vorum non censetur pro tali casu emissum: Nam procul habetur, inquit loco cit. Medina, id quod impediret voti obligationem, si tempore emissionis adesset, id ipsum post emissionem superueniens, tollit obligationem eiusdem. Extrema autem necessitas impediret, utpote reddens illud incautum, & idcirco illicitum: adeo ut semper in eo locum habeat exceptio extremæ necessitatis, etiam si non exprimitur. Attamen quando ex tali esu oritur esset graue scandalum vsin ordine Carthusiensis quia censetur inde labefactari disciplina austeritas; abstinentia ab eod. esu iudicaretur permissa: propterea quod in tali casu non comedere carnes, actus est secundi generis: seu de illorū numero qui in dire et tantum ad mortem tendunt. Namque illud quod non comedendi mortem tunc adfert proxime, non est eiusmodi abstinentia, sed praua corporis & humani dispositio: quo fit ut iuxta supradicta, possit eadem abstinentia cohonestari, licitaque reddi ex causa iusta.

Tertia propositio est: Quod si iudicio medicorum omnes alij cibi sint nocui infirmo habenti memoratum votum, & solæ carnes sint ei profuturæ, tunc ille tenetur carnes sumere. Hæc probatur: quia ipse non potest absolute non comedere, cum id ad mortem directe tendat: neque licet ei edere quæ iudicio medicorum sunt ipsi nocua, ut antea dictum est. Si ergo omnia præter carnes nocua sint ipsi, tenebitur illis vesci, pro vitæ suæ conseruatione.

SECUNDVM DVBIVM. An si nihil aliud habeas quod comedas præter cibum vegetum, sit tunc tibi licitum eo vesci. Ad hoc respondendum est affirmatiue: quia intentio legislatoris talem cibum vetantis, non fuit, ut cum tanto damno, sua lex adstringeret. Vnde David in necessitate constitutus ex lib. 1. Reg. c. 21. panes propositionis comedit sine peccato, ut constat ex cap. 12. Diui Matt. Similiter in Quadrages. carnes, & alia tunc vetita, licite sumi possunt in escam: immo necessarii sumenda sunt, si desit cibus alius necessarius ad vitæ conseruationem.

TERTIVM DVBIVM. An si quis tantum habeat carnes humanas quibus vesci queat, teneatur illis vesci ad vitam conseruandam. Ad hoc respondendum est negatiue: quia contra præceptum iuris naturæ est talibus vesci, prout bene explicat Caiet. 2. 2. qu. 148. art. 2. ad 2. argument. Martini: quia in re nos immolari non est necesse. Quæ etiam probabile est, illicitum esse in extrema necessitate uti eis in cibum: quod à Victor. in relect. De temperantia, num. 6. probat ex eo, quod semper habitum sit tanquam immane, quod aliqui in obsidione vsi sint tali alimento. Quamquam loco cit. Caiet. & Abulen. 4. Reg. cap. 6. (referente ibidem à Victoria) putant id per accidens licitum esse: mirum quando non est nocumentum proximi, ut quando est caro hominis iuste occisi, & iam apud comedentem, quam apud alios, necessitas virgens operit immanitatem.

QUARTVM DVBIVM. An si medicus præcipiat alicui ut quotannis pharmacum sumat ad euitandam mortem, is teneatur sumere. Respondendum est: quod si mortaliter certus sit, sumpto pharmaco se sanitate recepturum, & alioqui moriturus, nec vlla sit causa quæ cohonestet actum non sumendi: mortaliter delinquere nisi sumat. Id quod à Victor. in relect. De temper. nu. 1. ex eo probat, quod mortale esset tale pharmacum denegare proximo in tali necessitate constituto. Quare erit & denegare sibi ipsi: præsertim cum ad necessitatem vitæ, corporalis medicina instituta sit à natura, seu creata à Deo, ex cap. 8. Ecclesiæ hystici. Verum si ad vitam solummodo prolongandam spectet medici consilium, de sumendis quotannis pharmacis, non tenetur quis escitare: ut expressit à Viçt. in ead. relect. quest. vlt. propof. 3. sicut nec tenetur patrio solo relicto migrare in alium locum, vbi felicior sit aura: ut idem etiam expressit in relect. De homicidio, nu. 33. Nec item, ut idem in sequenti nu. 35. habet, tenetur dare totum patrimonium pro remedio seruandi vitam. Et ratio esse potest, quod non videatur credibile Deum velle ut cum tanto dispendio quis propriam vitam conseruet. Vnde approbandum quoque est, quod Sotus in lib. 5. De iust. & iure quest. 2. art. 1. concl. 3. indicat, excusari à peccato eum qui vellet potius mortem pati, quam permittere cum maximo dolore pedem sibi secari. Cui affine est quod idem in eod. lib. quest. 10.

articulo secundo, sub finem, habet hominem non teneri cum tanto cruciati quantum est reorum, qui à Iudicibus torquentur, vitam suam seruare: sed breuiorem mortem sibi permittere posse.

De mutilatione sui ipsius appendicæ ad antedicta.

53. **H**is quæ fusiis de occisione sui ipsius tractata sunt hætenus, paucis ob rerum connexionem, illud de mutilatione addendum est: quod ut nullus fas est seipsum occidere, ita nec se parte aliqua mutilare: quod patet ex cap. 4. & aliquod sequentibus. dist. 55. Ratioque est, quam post D. Thom. 2. 2. quæst. 65. art. 1. Sotus habet lib. 5. De iust. & iure, quæst. 2. art. 1. quia vita totius constat ex membrorum integritate. Quare sicut homicidium nulli est licitum: ita nec mutilatio, nisi bonum totius corporis exigat: sicut contingit, tum quando membrum ita male affectum est, ut sit periculum ne toti corpori extremam adferat perniciem, ut quando putridum est, aut veneno infectum, tum quando alias ea necessaria est ad euadendum præfens mortis periculum: ut cum quis ab incendio quo corripitur locus in quo est, aliter euadere non potest quam manum qua tenetur ligatus, abscindendo (quod exemplum est Soti) aut quin saltet per fenestram, quantumuis prouideat sibi ex saltu frangendum esse crus, aut brachium.

Non licet vero abscindere sibi aliquod membrum ad euitandum peccatum: ut D. Tho. 2. 2. quæst. 65. art. 1. ad 3. ex Diuo Chrysolto, no, norat. Quod etiam patet ex citato cap. 4. & sequentibus. Ratioque est, quia peccatum potest semper alio modo vitari; nempe libera voluntate cum diuinæ gratiæ auxilio. Nec vnquam membra adferunt animæ perniciem (alioqui enim Deus prauæ naturam instituisset, quod dicere blasphemia est) sed malitia & negligentia liberæ voluntatis. Si obiciamus illud Matth. quarto. Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, &c.] Sotus in fine cit. art. 1. respondet id esse intelligendum per hyperbolem, qua moraliter significetur quasiuis peccatorum occasiones esse amputandas.

54. Porro sicut non debet homo membrum vllum, ut nec vitam sibi auferre: ita debet membra, ut & vitam suam, conseruare tanquam à Deo constitutus, ut vitæ, sic & membrorum suorum custos. Quamquam quatuor sunt casus in quibus non tenetur quis ad sui conseruationem. Primus est, quando est reus mortis, & ad mortem rapitur à ministris iustitiæ. Immo grauius peccat eis resistens, iuxta illud ad Rom. 13. Qui potestati resistunt, ipsi damnationem acquirunt.]

Secundus casus: quando contra id ipsum quod adest periculum mortis, remedium adhibetur sufficiens: quæ ratione illi excusantur, qui cum præfens ac certum remedium habeant, ad ostendendum ipsum efficacem esse contra aliquod venenum, sumunt id ipsum venenum. De hoc casu Nauar. in Enchir. cap. 15. nu. 8. vers. 8. & post eum Petr. à Nauar. lib. 2. de restit. cap. 3. nu. 82. & 83. Ad quem requirunt primo, ut tale remedium sit de consilio insignium medicorum, iuxta præcepta medicinæ ab homine legali compositum: secundo, ut periculo facto in bruto animali, virtus eius comprobata sit: tertio, ut tam qui dat quam qui sumit venenum, credat remedium esse antedicto modo compositum, nec vllum subesse mortis aut alterius corporalis damni notabilis periculum. Quæ cum difficile sit explorata habere, ideo curandum est talem experientiam in bruto fieri non in homine.

55. Tertius casus est, quando remedium adhibendum ad conseruandam sanitatem, est ingentis pretij, aut ipsum est valde difficile, iuxta antedicta in responsione ad quartum dubium. Quartus est, quando causa rationabilis ad est cur debeat quis exponere se mortis aut mutilationis periculo: ut in iusto bello aut ad iustam sui, aut alterius defensionem, iuxta post dicenda. Cæterum hic sumimus mutilationem & membrum generaliter: sub illa comprehendentes non tantum abscissionem membri, sed etiam debilitationem, quæ alicui sic debilitat est membrum absq; abscissione, ut suam functionem exercere non possit. Sub membro autem comprehendentes corporis partes etiam minores, ut digitum aut articulum digiti.

CAPVT V.

In quo explicatur, an licitum sit ob propriam defensionem occidere alium.

SUMMARIUM.

- 56 Ob vita propria defensionem licitum est occidere aggressorem
57 Quatuor condiciones ad id requisitæ, & quando liceat præuenire aggressorem in occidendo.
58 An obligatorium sit occidere aggressorem, cum ad defensionem sui, id necessarium est.
59 Is etiam qui se in vita discrimen coniecit sua culpa, potest vi iure defensionis cum moderatione inculpate tutele.
60 Quomodo liceat occidere ad defensionem sui honoris.
61 Explicatio difficultatis vtrum liceat insequi eum qui honorem læst, vt percutiatur cum id necessarium videtur ad tale damnum resarcendum.
62 Quo modo tale quid possit homo militaris.
63 Difficultas, an occidere liceat ad defensionem rerum propriarum.
64 Id licet non solum cum defensor fuerit coniuncta cum periculo propria vitæ, sed etiam sine eo.
65 Solutio eorum quæ obiciuntur in contrarium.
66 Furem fugientem velus tuis onustum insequi licet, & occidere, si nulla alia via res ipsæ possint recuperari.
67 In istiusmodi difficultate, præ ratio est Clericorum ac laicorum.

In re proposita est difficultas. 1. An tale quid sit licitum ob defensionem vitæ propriæ. 2. An ob defensionem proprii honoris. 3. An ob defensionem proprietarum rerum: de quibus ligillatim dicendum est.

Prima difficultas, quoad defensionem vitæ propriæ.

56. **D**e prima igitur difficultate, quod licitum sit ob vitæ defensionem occidere aggressorem, sententia est D. Thomæ 2. 2. quæst. 54. art. 7. Caiet. & aliorum interpretum illius, Soti in 5. De iust. & iure, quæst. 1. art. 8. Nauar. in Echir. cap. 15. num. 2. Couar. ad Clemen. vnicam, De homicidio 3. part. §. vnico num. 1. alios plures in eandem sententiam citantis: quam esse communem ait Petr. à Nauar. lib. 2. de restit. cap. 3. num. 332. Probatur vero: quia lex naturalis vniqueque facit potestatem seipsum defendendi ab aggressore: ex lege vt vim, ff. de iust. & iure, & ex eo, quod existeret, adeo naturale sit cuiusque rei, vt in id quod sibi nocet, statim insuler. Sicque in cap. lus naturale distinct. 1. inter ea quæ sunt iuris naturalis, tanquam facta instinctu naturæ, ponitur violentiæ per vim repulsiõ. Accedit ratio: quia in eiusmodi contentione homo plus tenetur prouidere vitæ suæ quam alienæ: quia semper incumbit illi cura prouidendi salutis vitæ propriæ: prouidendi vero salutis vitæ alienæ, non item: præfertim proposito casu in quo alter coniciens se ex mera malitia in salutis discrimen, non est in necessitate: sed in voluntaria iniquitate: atque seipso neglecto, tunc alij conseruare, occasio esset nefariis hominibus inuadendi viros bonos: dum nimirum illi certi essent de his minime occidendos. Qualem occasionem arripuisse videntur Machabæorum hostes, ex lib. 1. historia ipsorum cap. 2. Idem confirmari potest per cap. 3. sententia excommunicationis §. Si vero, & per Clemen. vnicam De homicidio. Illic enim dicitur quod vim vi repellere omnia iura permittant: hic vero ab irregularitate ex homicidio excusatur is, qui non valens mortem aliter vitare, inuaforem suum occidit, aut mutilat.

Illud autem D. Pauli ad Rom. 12. Non vos defendentes charissimi, sed date locum ire intelligendum est de defensione quæ fit cum liuore vindictæ, ex glossa interlineari, quam D. Thomas sequitur in cit. art. 7. ad 5. Cuiusmodi defensione illicitam esse non negamus. Immo verò etiam si cõcedamus, quod possit quis absq; peccato mortem aggressoris sumere tanquam medium defensionis,

seu

seu, quod idem est, posse se defendendo habere animum occidendi aggressorem (prout docent Sotus loco cit. Nauar. in Enchir. cap. 15. nu. 2. Molina de iustitia & iure tomo 4. tract. 3. disput. 11.) quia se pe fieri nequit, vt te defendas, nisi inualeri vulnus lethale infligas. Negamus tamen cum Caiet. in verbis Homicidium, licitum esse sic voluntate ferri in homicidium vt in eo sistas principaliter, sicut contingit cum quis ideo defendit se vt occidat, vel cum non est contentus defensione, nisi occidat. In foro enim conscientie occidere tunc licitum est tantummodo per accidens, id est, ideo tantum, quod nequeat quis se defendere quin inuaforem occidat. Per se enim intendere seu absolute desiderare vt inuadens moriatur, non est necessarium ad sui defensionem, sicut est vt occidat viribus, sicque non laedat amplius: quod curando, si necesse fuerit, mors inferri potest.

Conditiones requisite vt occisio hominis, ad defensionem sui facta, censetur licita.

57.

Porro vt hominis occisio facta in defensionem propriam censetur licita, quatuor conditiones requiruntur. Prima, vt vis inferatur, quam secundum omnes leges licet vi repellere, ex cap. Significasti 2. De homic. & cap. Si verum. De sententia excommunic. Secunda, vt occisio fiat ad propriam defensionem, & iniuriæ propulsationem: ad quam, vt iam ante attingimus, natura vnicuique facit potestatem. Tertia, vt occasio fiat in ipso actu defensionis, ex cit. cap. Significasti: ex quo habetur illam debere fieri cum moderatione inculpatæ tutelæ, non ad fumendam vindictam, sed ad iniuriam propulsandam: siue, quod idem est, ad se defendendum aduersus iniuste inuadentem, aut accedentem ad inuadendum.

Circa quam conditionem, notandum est primo, mihi non licere quidem, quamdiu res dubia est, occidere eum à quo mortem iniustam mihi parari suspicor, etiamsi vehementia appareant indicia, quod ita res habeat: quia illud de quo dubitatur an innocens sit, non licet tanquam nocentem occidere: nihilominus tamen id non impedit, prout notatum est à Molina in sequenti. disput. 12. quominus si quis faceret aliquid vnde mors meritisime timeretur, admoneri posset vt ab eo desisteret: significando iuste timeri de illius sinistra intentione; sique admonitus nollet desistere, neque vellent reddere sufficientem rationem eorum quæ faceret ad pacandos timentium animos, occidi posset tanquam iniustus aggressor si constaret tale periculum mortis ab eo imminere, quod alia ratione vitari, nequeat. Id enim damnum, imputandum est recalcanti facere quod debuit; non autem inferenti, qui non tenetur expectare donec interficiatur; sed potest vnica quæ se offert iusta defensione, præcauere ne damnum quod ex illo timeretur, eueniat. Quam tamen in re tanquam abusus obnoxia, procedendum est cum maxima circumspeditione, maturoque consilio.

Notandum est secundo, ex Nauar. in cit. num. 2. Eum censeri inuaforem in negotio de quo agimus, qui decernit occidere alium cui nullum aliud est effugium euadendi mortem quam illam præuenire occidendo. Pro quo facit Clemen. vnica De homicidio; per quam licet occidere inuaforem quando nulla alia superpetit via euadendi mortem ab ipso intentam. Facit etiam, quod non idcirco fas sit mihi inuaforem occidere, quod aggrediat me interficere: sed quod sua aggressionem me inuult ita constituat in discrimine vitæ, vt nulla pateat mihi alia via ad me eruendum ab eo periculo, quam illius interfectio. Sic ergo sit, inquit Molina in sine citata. disput. 12. vt si solo decreto, aut quavis alia ratione vitam alterius iniuste ponat quis in discrimine, à quo erui non possit nisi illum interficendo, licite interfici possit.

Notandum est tertio, perinde esse in re proposita siue quis alium occidere tentet armis, vt ense vel catapultis: siue veneno, siue opere, vt percussione siue verbis, vt falso testimonio: & siue per se immediate, siue per alios, vt per sicarios. Nihil enim refert quo ex talibus modis insidietur quis vitæ alienæ, ad eam efficaciter auferendam. Ex quibus intelligitur, quod si accedas catapultam dispo-

surus ad me occidendum, nec possim aliter mortem euadere, nisi præueniam occidendo te, posse me præuenire: quia erit defensio vitæ cum moderatione inculpatæ tutelæ. Similiter si nondum accedis quidem, tamen iam es ad occidendum instructus, meque sic conclusum obseffumque tenes, vt non possim euadere nisi de occidendo præueniam. Exemplum in sine citati num. 2. Nauarrus ponit de vxore, quæ certo scit maritum sub cervicali pugionem condidisse ad ipsam dormientem occidendam, nec fugere potest; ianua clausa clauæ. Item si famulos voces ad me occidendum, nec aliter saluus esse possum quam te occidendo, possum occidere. Ob parem rationem si malefica signis suis magicis per dæmonem me infestet, possum iure defensionis eam verbibus cogere vt ab iniuria cesset, dummodo mihi certo constet eam esse mei mali auctorem, & ea putetur sine nouo maleficio posse tollere illud quo me infestat vtens dæmone administro. De qua re Thomas Sanchez in opere morali lib. 2. cap. 41. num. 24.

Ad hæc si parasti mihi venenum, illud possum aliqua industria in te conuercere, si non sit alia ratio euadendi mortem, quam mihi intentas. Denique si eas ad terendum contra me falsum testimonium, ex quo accepturus sim mortis sententiam; nec alia est ratio effugij: licitum est mihi te occidere, tanquam alioqui occisurum me: cum nihil referat in tali re, an tuo vel alieno, puta carnificis, gladio me occidas. De quo plenius à Nauar. lib. 2. de restit. cap. 3. num. 352. & aliquot sequentibus. Quoad hoc autem & alia huiusmodi; in praxi habenda est ratio cautelæ proponenda in sequent. num. 63. vers. Cæterum.

Quarta conditio est, vt occisio fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ ex cit. cap. significasti, & ex cap. Olim. De restit. spohar. sicut censetur fieri, si quis tunc solum occidat, cum id ad defensionem quam intendit, fuerit necessarium secundum regulas prudentiæ: seu cum probabilis coniectura est, nullum aliud esse propriæ mortis effugium; prout habet Petrus à Nauar. in præced. num. 344. Vnde inferitur, quod si aggressor sentiens se viribus inferiorem; fugiat; ille qui iniuriam patitur non possit eum insequi, vt occidat: quia talis occisio non esset propulsatio iniuriæ, sed vindicta. Inferitur etiam quod cum quis potest leui percussione defendere se ab aggressore, non possit licite eum occidere. Vide Sylu. in verbo bellum 2. quest. 1. Locum habent autem hæc tenus dicta etiam si aggressor fuerit innocens, id est, puer vel dormiens, aut alius, nisi sit minister iustitiæ exequens sententiam latam secundum allegata & probata, prout addit idem Nauarra in eod. cap. 3. num. 347.

Quæret aliquis. An cum licitum est occidere aggressorem in propriam defensionem, teneamur id facere; an vero debeamus mortem pati potius quam inuaforem interficere. Cui respondendum est cum Soto in 5. de iust. & iure tomo 4. tract. 3. disput. 14. Quod si aggressor sit rex vel dux, vel alia denique persona, quæ reipublicæ valde necessaria, & inualus persona sit cuius vita ad bonum commune parum aut nihil referat: iste ex charitate tenetur se non defendere, si nequit aliter id facere quam talem inuaforem interficendo: quia ex ordine charitatis bonum commune præferendum est priuato. Si vero inuausus, persona sit reipub. valde necessaria, & inuafor vilis, aut nebulosus, illum sub mortali teneri se defendere, etiam si id facere nequeat nisi hunc interficendo. In reliquis autem mediis casibus, inuasum ita ius habere defendendi se contra quemcumque aggressorem iniustum; prout bene declarat Sylu. in verbo bellum 2. quest. 5. vt nihilominus sit liberum, ex charitate qua pro inimicis vita poni potest, eiusmodi iuri renunciare, exemplo Christi ac Sanctorum Apostolorum & Martyrum: nisi quod forte putans quis se inquinatum esse mortali peccato, valde timeret se damnandum iri, si tunc occidatur, debeat quantum potest se tueri: cum plus debeat diligere animam suam, quam proximi.

Quæret adhuc potest quis, An proposita excusatio locum habeat in eo qui dando operam rei illicitæ coniecit seipsum in illud discrimen, vt nequeat mortem aliter euadere

dere quam occidendo aggressorem suum: vt cum reper-
tus in adulterio non potest mariti manus aliter euadere
quam occidendo ipsum. Ad quod negatiue responden-
dum esse Nauar. in Enchir. cap. 15. num. 7. indicat: eo quod
talis censeri possit homicidia, tanquam is qui constituit se
in necessitate, quam præcarere potuit: iureque se defen-
dendi priuatus est eo nomine, quod illicite immiscuerit
se negotio, propter quod manus alterius nequit euadere
sine sua, aut illius morte. Sed oppositum est tenendum
cum Soto lib. 5. de iustitia, & iure quest. 1. art. 5. circa medium:
qui asserit Clericum cui aliquid huiusmodi contingeret,
non incidere in irregularitatem, eo quod in tali casu esset
immunis à peccato homicidij iuxta Clement. vnicam De
homicidio, quamuis non esset immunis à peccato adul-
terij. Quod idem ex Syluest. verbo Homicidium 3. quest.
4. vers. 3. refert & approbat Petrus à Nauar. lib. 2. de iustit.
cap. 3. num. 62. hac ratione: quod cum talis iuste se defendat,
& alter illicite illum inuadat (maritus enim peccat in eo
casu, autoritate propria occidens adulterum, vt diximus
in posteriori parte 2. cap.) potest tantam iniuriam quacum-
que via repellere, atque adeo aggressorem occidendo, si
nulla alia suppetat. Quæ sententia vt non minus proba-
bilis, atque mitior teneri potest in praxi. Immo simplici-
ter tenendum esse contendit Molina de iustitia & iure in
citato tract. 3. disput. 15. Nec obstat ratio in contrarium:
quia ius defendendi vitam suam contra iniuriam inuaso-
rem, perpetuum est, vt & perpetuus est naturalis instin-
ctus agendi secundum illud. Nec etiam obstat, quod iux-
ta cap. Dilectus cap. Ex litteris & cap. Ioannes. De ho-
micidio: irregularitas tanquam homicidij pena, incur-
ratur quando præter intentionem occidit aliquis va-
cando rei illicitæ. Nam, vt memorati authores notant, id
intelligendum est de re quæ ideo illicita est, quod ex se
sit ita periculosa, vt mors plerumque ex ea sequatur: cu-
iusmodi non est adulterium.

Secunda difficultas quoad defensionem honoris.

60. **D**E secunda difficultate: quod pro defensionem honoris
si is sit notabilis momenti, licitum sit, debito modera-
mine seruato, occidere aggressorem, eumve qui illum au-
fert, sentiunt Sotus in præced. art. 8. versus finem, & Nauar.
in Enchir. cap. 15. num. 3. ac Syluester in verbo Homicidium
1. quest. 2. vers. 5. quos sequitur Petrus à Nauar. in lib. 2. de
restit. cap. 3. num. 370. Ratio vero est: quia si, vt ostenditur
in explanatione sequentis difficultatis, tale quid licet ad defen-
sionem rerum propriarum, quæ bona sunt interiora ho-
nore, iuxta illud Prouerb. 22. Melius est nomen bonum
quam diuitiæ multæ:] multo magis licebit ad defensionem
proprij honoris seu depulsionem contumeliæ,
quando nulla alia ratio suppetit. Et confirmatur qui da-
retur alioqui licentia improbis, optimos quosque vexandi
contumeliis, quæ acerbiore sunt magisque mordent
animos, quam damna rei familiaris.

Atque hinc est, quod si prudentum arbitrio notabi-
lis ignominia sit alicui laico, aggressorem fugere, ille
possit non fugere, & hunc sine peccato dummodo id fiat
tantum animo compescendi ipsum, non autem liuore
vindictæ, occidere cum fuerit necessarium ad sui defen-
sionem, prout habetur ex Panormit. ad cap. Olim 1. Dere-
stitur. spiliat. num. 17. & communem sententiam esse ex Ia-
sone, & Decio ad legem. Vt vim, ff. de iustitia & iure
Couar. refert ad Clement. vnicam De Homicidio. part.
5. vnicam num. 4. Quam cum eodem, Petrus à Nauar. in
sequen. num. 372. & 373. merito existimat non procedere
quoad defensionem honoris, qui ad bonos mores mini-
me pertinet, nec est rei publ. utilis nec religioni Catholicæ
commodus. Quandoquidem æqua non est, immo ini-
qua est vita cum tali honore commutatio. Neque vero
vt Petrus ipse à Nauar. consequenter addit, refert an quis
honorem auferre molatur armis, an lingua & detractio-
ne. Adde & an baculo vel alapa: an vero contumeliosis
aliquibus signis.

Monachi autem Sacerdotes, & alij Ecclesiastici qua
fugiendo, honorem non amittunt (laus enim ipsorum
non est in armis & audacia, sed in pietate & humilitate)

tenentur omnino fugere, vt habet idem à Nauar. ibidem
num. 389. aliis citatis post Couar. in eod. num. 4. Qui &
admonet id intelligendum esse dummodo fuga non sit
periculosa, vt si ea propria mortis periculum induceret,
eo quod aggressor fugientem occisurus, insitet à tergo, ca-
piens ex fuga audaciam animumque maiorem: tunc enim
ex Felino ad cap. Suscepimus. De homicidio. & ex aliis quo-
rum ibidem ipse quoque Couar. meminit, tales possunt
non fugere, & occidere aggressorem, si nequeant aliter
manus illius euadere.

Atque ex hac propositæ difficultatis explanatione po-
test obiter deduci: dicendum esse eadem ratione; quod
virgo licite possit occidere volentem se opprimere, cum
nequit aliter tale dedecus cum periculo peccandi con-
iunctum vitare: prout dicitur Syluest. Homicidium 1. quest.
5. & Caiet. 2. 2. quest. 64. art. in fine. Quod tamen ex Nauar.
in Enchir. cap. 15. num. 5. secundum communem senten-
tiam non procedit; quando virgo castitatem suam saluo
omni honore suo, defendere potest fugiendo, vel voci-
ferando, vel alio modo quam occidendo. Aduerte autem
cum cum Petro à Nauar. in eodem cap. 3. num. 393. &
394. id quod in hac re dicitur de virgine, posse dici pari-
ter de quacumque honesta muliere. Item quod dicitur de
muliere dici posse etiam de quocumque quem ea in suum
auxilium vocauerit, nempe licere ipsi inuasorem castitatis
occidere, cum necessarium plane fuerit ad illius defen-
sionem. Aduerte quoque ista omnia accipi debere cum
ea moderatione quæ habetur in sequent. num. 63. vers.
Cæterum.

Difficultas præcedenti annexa vtrum alicui ad defensionem ho-
noris liceat insequi eum, à quo lesus est vt percutiatur,
cum id requiri videtur ad reparationem eius-
modi lesionis.

62. **E**dem autem propositæ difficultati annexa est alia
maior, An videlicet sit licitum propter defensionem
honoris, insequi eum qui iniuste vulnerauit, sed iam dif-
ferat, atque ipsum similiter vulnerare aut etiam occide-
re, si id ad seruandum honorem sit necessarium. Quia in
re certum est, primo, quod eum qui iam destitit, vel dis-
cedit, non liceat insequi ob illatam corpori iniuriam, seu
quia vulnerauit, quoniam id vindicta est potius, quam
repulsiuiniuriæ, prout glossa habet, 24. quest. 1. in initio
ad verbum propulsandam. Certum est secundo, quod nec
liceat fugientem qui vulnerauit insequi prædicta ratio-
ne, quando potest honor recuperari per Iudicis officium,
aut aliam iustam viam, vt per veniæ postulationem, aut
aliam humiliationem. Certum est tertio, quod non liceat
ad hoc insequi vt reddatur malum pro malo.

Quæstio est igitur, An viro militari liceat insequi eum
à quo vulneratus est, quando reputatur illi esse ignomi-
niosum ita vulnerari. Hanc citatis pro vtraque parte au-
thoribus Petr. à Nauar. plenius tractat in eodem cap. 3. à nu-
378. ad 390. Pars autem affirmans, licitum inquam esse,
quam ille sequitur, ex eo confirmari solet: quod liceat
incontinenti insequi illum qui auferit res temporales, ac
percutere si hæc aliter saluæ esse nequeunt. Ergo pariter
eum qui violato honore alteris fugit, accipit insequi ac
percutere, si honor ipsa aliter nequeat seruari. Et confir-
matur: quia magna licentia alioqui improbis esset,
contumeliam in quemuis ingerendi (quod malum pluris
æstimatur quam multa pecuniæ iactura) si sola fuga &
cessatione, statim aut essent. Quam rationem futilem esse
censet quidem Sotus in 5. de iust. & iure quest. 1. art. 8. sed
rei veritas satis patebit, si notemus rationem qua vindicta
& defensio inter se distinguuntur, esse quod vindicare
proprie sit velle reddere malum pro malo, quod illi-
citurum est priuatae personæ per illud ad Rom. 12. Nulli
malum pro malo reddentes] & illud Ecclesiastici 28. Qui
vindicari vult, à Domino inueniet vindictam: & peccata
illius seruans seruabit] & demum illud quod habetur
ex cap. 6. D. Matthæi vers. 13. 14. & 15. & ex cap. 18. in
fine de condonandis offensis. Defendere autem se, est
aggressorem compescere, atque impedire damnum quod
iam imminet, vel sic illatum est, vt adhuc maneat in fu-

spenso. Ista enim esse defensionis partes, manifestum est ex facto illius qui furantem res suas, vel auferre molientem impedit vel iam auferentem insequitur: ut enim illa impeditio, sic ista insecutione censetur res suas defendere, si quidem recuperari valeant. Quod addo quia si non valeant, & si insequatur eum qui damnum intulit non possum ob aliam causam id facere, quam ut reddam malum pro malo. Cum vero damnum illatum rescari potest, eum qui intulit insequi licite possum: non quidem ut malum referam pro malo, sed ut mihi illatum rescari curem: si quidem mihi ad id nulla alia ratio suppetat. Quod additur, quia si suppetaret, non daretur proposita insecutioni locus tanquam vindicatisse.

63.

Ac cum hæc ita sint, patet illud rationem defensionis, non vindictæ habere, quod homo militaris eum a quo vulneratus est insequatur, non quidem ut malum pro malo reddat, sed ut conseruet honorem sibi ablatum, dummodo tamen id fiat incontinenti, cum res adhuc est in suspensio, non autem postquam is qui abstulit, domum se iam recepit, vel alia negotia gerit, iuxta dicenda in explanatione sequentis difficultatis de latrone qui rem alienam, ablatam iam quiete domi habet: vtriusque enim par est ratio, ut bene monet Petrus à Nauarr. in eod. cap. 387. Adde consequenter, quod est obseruatione dignum, eum qui iuste percutitur in talibus casibus, non habere ius resistendi: quia daretur alioqui bellum ex vtraque parte iustum seclusa ignorantia: non debere tamen sinere se occidi, sed petendo veniam, vel aliter satisfacere. Quod si faciat, nec alter cessare vestit, iniuste inuadetur, & sic poterit inuasorem offendendo, se defendere. Quod autem Sotus obiicit non asportari honorem, sicut asportantur res quæ in insecutione recuperantur, parui momenti est. Nam etsi eæ non asportantur à fure, qui illas abiecit in flumen, posset tamen damnum passus, talem non minus, quam de facto asportantem insequi, ut tantumdem restituere cogat. De qua re idem Petrus à Nauarr. in eod. cap. 3. num. 384. & quatuor sequentibus.

Ceterum quidquid sit in speculatione, non videtur in praxi permittenda facile cuiusmodi insecutio ob periculum odij, vindictæ, excessus, pugnarum, & cædium in reip. perniciem: quam semper vitare oportet in vsu defensionis: iuxta illud quod restat ratio dicitur, bonum commune esse priuato antefendum. Ex quo fundamento soluitur difficultas, quam idem à Nauarr. mouet in præced. num. 375. Num si detractor meam honestam famam denigrare nitatur, nec possum illud notabile damnus famam alia ratione auertere, quam interficendo ipsum occulte: idue licite possum. Nam quamuis in speculatione pars affirmans non careat onni probabilitate: in praxi tamen negans est sequenda: quia in iure defensionis, semper considerandum est, ne vsus illius vergat in reip. perniciem, nec dubium est quin sequendo affirmantem, præbeat occasio multis cædibus occultis, cum magna reip. perturbatione. Accedit quod si infamia iam sit illata, ea non extinguatur per mortem infamantis: si in inferenda sit, plerumque non satis constat, possitne alia ratione impediti, quam occasione infamaturi, si que non sit liberum eo genere defensionis vti.

Tertia difficultas, quoad defensionem rerum propriarum.

64.

Quod pro defendendis rebus propriis non liceat occidere aggressorem, sententia est Abulensis ad cap. 5. D. Matth. quest. 110. & aliorum quos refert Petrus à Nauarr. in eod. cap. 3. num. 395. quia pro vita proximi seruanda, debemus bona temporalia exponere; iuxta cap. Pasce dist. 86. Ergo pro seruandis iisdem bonis, non est licitum vitam proximo adimere. Adde quod in cap. 2. & 3. De homicidio, non aliter admitti videatur homicidium ad rerum defensionem, quam cum vitæ propriæ defensio est simul coniuncta. Sed oppositam sententiam tenent Caiet. 2. quest. 64. art. 7. Nauarr. in Enchir. cap. 15. nu. 2. Sotus in 5. de iustitia & iure quest. 1. art. 8. aliique multi, quos refert Couarr. ad Clemen. vnicam De homicidio part. 3. §. vnic. num. 5. & sequuntur Petrus à Nauarr. loco cit. nu. 397.

aliquotque sequentibus, ac Molina de iustitia & iure tomo 4. tract. 3. disput. 16.

Pro explicatione vero duas statuemus conclusiones. Prior est, Quod si quis ad necessariam defensionem sui simul & rerum suarum seruat moderamine occidat aggressorem, occidat licite. Hæc probatur efficaciter ex cap. 2. De homicidio; & ex eo quod ante habitum est ad defensionem sui, licitum esse occidere aggressorem, quia alioqui occidit licite. Inde enim aperte constat à fortiori, licitum esse occidere ad sui simul, & suarum rerum defensionem. Ex qua conclusione ab omnibus recepta, casuum particularium resolutionem deducit Couarr. in citat. num. 6.

Posterior conclusio est. Quod solis etiam rebus cum aliter defendi nequeunt, aggressor licite occidatur. Ad huius confirmationem facit, quod per cap. Olim 1. De rescriptis spoliatorum, cuique licitum sit rerum suarum usurpatores iniustos, statim ac innotuerint vi repellere: quodque moraliter loquendo talis repulsio aliquando contingat cum occisione. Facit quoque cap. Dilecto De sententia ex communicationis in 6. cuius verba sunt: Praeterea cum omnes leges, omniaque iura vim, vi repellere, cum sitque se se defendere permittant: licuit vtrique ipsi Decano, si predictus Balliuus eum bonis suis mundanis iniuriolè spoliare, vel ea violenter occupare præsumpserit, contra illius violentiam, & iniuriam se tueri. Quæ verba satis indicat quod liceat vim iniuste illatam in rebus alia vi iuste arcere. Et certe daretur alioqui occasio implendi rempub. iniquissimis latronibus, scientibus se violenter rapere posse sine resistencia.

Nec obstat ratio in oppositum allata pro Abulensi, quoniam ea procedit in casu quo proximus constituitur in necessitate, non autem in iniqua tantum voluntate, prout contingit in casu præfenti. Pro quo faciunt tradita à Molina in præced. disput. 13. Textus vero eidem rationi antea additus ex cap. 2. De homicidio, cum habet (te tuamque liberando) non est accipiendus quasi indicet liberationem personæ simul & rerum requiri ad licitam occisionem aggressoris: quando quidem licita alioqui non esset occisio pro sola vita defendenda: quod falsum est iuxta supra dicta. Quocirca ex Couarr. loco citat. versu, Sed ad textum: verba illa (te, tuamque) intelligi debent alternative, ut sensus sit: te vel tua.

Maiorem difficultatem habet quod in seq. cap. 3. dicitur licite occidere nocturnum furem, diurnum minime, nisi telo se defendat; quia tunc est plus, quam fur: & discerni potest, an ad occidendum vel ad furandum venerit. Quibus verbis innuitur tunc solum licere furem occidere, cum probabile saltem adest periculum vitæ propriæ. Respondendum est vero, innui tantum quod res debeant cum debito moderamine defendi, neque in earum defensione esse vsque ad occisionem procedendum, nisi necessitas omnino compellat: quod vix contingit quando fur diurnus non defendit se telo. Sic extum illum Sotus intellexit in 5. De iust. & iure quest. 1. art. 8.

Itaque tenendum est pro rerum defensione aggressorem licite occidi posse quando eæ aliter defendi non possunt, neque aliqua iuris via valent recuperari. Quod addo: quia, ut idem Sotus il. id. habet ex doctrina inuisperitum, cum spes est, furtum recuperandi via iuridica, non licet furem occidere. Quod tamen, addit idem, verum est tantum, cum certa spes fuerit, quod ea ipsa res furto sublata facili negotio recuperari possit: nam cum id dubium fuerit dominus suo iure vti poterit, atque adeo inuasorem ad defensionem rerum suarum occidere, cum aliter defendi nequeunt. Immo non obstante ea spe, si fur velit se vti tueri contra eum qui nitur furtum impedire, hic poterit illam vim vi repellere, quantum necesse est vt rem eam saluam habeat: hocque est quod ait Syll. Bellum secundum, nu. 3. quando res per viam iudicij potest re haberi, non licere eam defendere, nisi dum est in ipso rapi.

Quæres, An si fur rebus tuis onustus fugiat, illum insequi liceat tibi; & pramonitum de suo periculo nisi eas relinquat, displota carapulta interimere quando non potes aliter ipsum sistere. Ad quod responderi potest affir-

matue

matiae cum Syluestro Excommunicatio 6. num. 6. cap. 9. & Soto in eod. art. 8. ac Petro à Nauar. in saepe cit. cap. 3. num. 409. & aliorum sequentibus. Ratio est: quia tunc etiam, iuxta ante habita ex cap. Olim. 1. Deresit. spoliat. durat aggressio, saltem quoad inuasionem rei, etiam si persona non inuadatur. Et confirmatur, quia si id non esset licitum, defensionum rerum maxima ex parte esset inutilis, cum quilibet fur possit rapere, & statim fugere.

Quando autem fur iam se aliquo recepit, ubi rem ipsam quiete possidere incipiat, memorati auctores dicunt non licere vi ipsam aggredi: quia non videtur violentia tunc inferri rebus alienis, quae iam plene possidentur; sed tantum in retinendis committi iniustitiam, ob iam priuata autoritate occidere non est licitum. Plene autem possideri censentur, postquam fur domi iam est pacificus vel ad alia negotia diuertit, prout D. Anton. 3. par. tit. 2. cap. 3. §. 2. art. 7. Vbi quoque docet, non solum pro rebus suis, posse quemque defensionem suscipere, vim vi repellendo, sicut pro sua persona, sed etiam pro rebus apud se depositis, vel sibi commodatis & pro amicorum propinquorumque rebus, eos scilicet adiuvando. Quod etiam Sylu. habet in verbo Bellum 2. num. 10.

Ad illud autem quod hic queri potest, An ei qui non quit ob reipubl. perturbationem, rem suam aliter recuperare: liceat domum detentoris intrare, & illam auferre, vi etiam adhibita, si impediatur. Responsio Leon. Lessij lib. 2. De iustitia & iure, cap. 12. tit. 11. placet, videri licere, si talis res extet in sua specie v. g. equus, vestis, torquis, &c. quia in eo non est proprie aggressio, sed potius defensionis. Sin autem illa non extet, non licere ea ratione in compensationem illius accipere æquivalentem: cuius cum non sis dominus, sed alter cui eripere vis: ipse ius habet restituendi tibi: tuque censetur aggressor, non vero ipse, cum in eo non retineat rem tuam, sed tu rem illius inuadas.

Ceterum hæc censenda sunt non solum ad laicos, sed etiam ad Clericos pertinere; prout docet Petrus à Nauar. in eod. cap. 3. num. 414. & quatuor sequent. Nam per glossam ad principium 1. quæst. cause 23. verbo Populandam: Clerici quoque possunt ad defensionem rerum suarum occidere aggressorem. Atque carentes culpa, irregularitatem non incurere ea de causa Couar. ad Clemen. vnicam, De homicid. 3. par. §. vnico expressit.

Id autem quot aliquot Canonistas contra sensisse iudicatur, non habet sufficiens fundamentum: cum talis defensio nullo iure sit prohibita Clericis: & canones quos illi pro se citant, intelligendi sunt de illa defensione in qua quis excedit moderamen inculpatæ tutelæ, vt idem Couar. bene notat: & illustratur per casum cap. Suscepimus, De homicidio: in quo fratres qui sine occisione se suaque salua habere poterunt latrones occiderunt, damnantur peccati, & irregularitate puniuntur.

Aduerte obiter quantumuis Clericis secundum ius antiquum, ne quidem vitam propriam licuerit defendere cum alterius interfectione, vt patet ex cap. De his 1. dist. 50. iam tamen constare ex memorata Clemen. vnicam, De homicidio, Clericis licere interficere ad necessariam vitæ propriæ defensionem. Quod etiam deduci potest ex cit. cap. Olim. 1. De rest. spoliat. Notandum est vero, hoc quod diximus aggressorē occidi posse pro rerum defensione, debere intelligi quando res prudentis arbitrio, circumstantiis attentis, sunt non modici valoris: vt notatur Sotus in cit. art. 8. & alij quorū meminit Couar. in eod. §. nu. 6. v. 10. Ratioque patet: quia iniquum est, pro rebus parui momenti seruandis vitam alicui auferre. Ex eodem Soto autem, Molina in cit. tract. 3. disput. 16. num. 6. modicum valorem determinat trium, quatuor, aut quinque ducatorum.

CAPVT XVI.

In quo explicatur, An licitum sit proximum sicut seipsum defendere, cum occisione aggressoris.

SVMMA RIVM.

69 Aliquando licita est occisio ad necessariam defensionem proximi, non modo laico sed etiam Clerico.

70 Obligatio est sub mortali ad reuersionem conuictoris in proximum, cum necessaria est ad conseruationem vitæ p. us.

71 Obligatio est conseruandi vt vitam proximi, sic & illius bonam animam.

72 Explicatio difficultatis, An liceat mortem proximi optare.

Sicut nobis, ita & innocenti proximo (qui charitatis vniōne nobiscum vnus est) vim illatam, licere vi repellere, argumento est: quod si ipse iustum bellum gerat contra aggressorem, illud ex quo proximum inuadendo, licitum sit & charitatis officium. Quo argumento vltus Petrus à Nauar. lib. 2. Deresit. cap. 3. num. 419. & 420. bene admonet innocentem in hac re censendum esse, cum etiam qui aggressor quidem fuit in principio, sed vult deinceps ab iniuria desistere. Propositæ ergo difficultati satisfit dicendo, si quis proximi vitam, quæ iniuste ei adimitur, aliter defendere nequeat, quam cum aggressoris occisione, posse cum eadem illum defendere. Id quod à Panormitano notatum ad cap. Clerici 1. De vitæ & honest. Cleric. num. 3. communiter receptum est à Doctoribus, vt Molina monet, De iustitia & iure, tom. 4. tract. 3. disput. 18. num. 1. Atque pro ea facit cap. Dilecto, De sent. excom. in 6. cum in eo dicitur licere cuilibet suo vicino vel proximo pro repellenda iniuria ipsius, suam impertiri auxilium. Faciunt item canones quos habet ibid. glossa, verbum Vicino. Notat autem Panormit. (citatis Hostiensis & Innocentio) per verbum, cuiuslibet, significari tam Clerico quam laico tale quid licitum esse.

Patitur vero id aliquot exceptiones. Prima est, nisi inuadens sit patet defendentis: à quo sic occidi repugnat naturali obseruationi filiorum erga parentes. Secunda est, nisi constet inuadens velle potius pati mortem quam inuadentem occidi: idque in casu in quo tale quid est licitum est: vt si in causa fidei offert se martyrio. Extra quem casum, cum non sit vitæ suæ dominus, non potest eam alteri donare: proindeque non potest ceteris adimere ius defendendi ipsum. Tertia est, nisi aggressor sit talis persona, quam inuadens propter bonum commune teneatur non occidere: ne ad defensionem sui quidem. Si enim ille ad id teneatur, à fortiori teneris & tui: quandoquidem tibi occidere non aliter licet, quam ob ius quod ille habet ad se defendendum cum aggressoris occisione.

Si quæras, An extra hos casus, non tantum licitum sit etiam obligatio sit sub mortali interficere iniustum inuadentem, quando non possumus aliter à morte eruere inuadentem, & ea ratione possumus. Molina, Nauarro & à Victoria citatis, responder affirmatiue in seq. num. 6. per illud Proverb. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & eos qui trahuntur ad interitum liberare non cesses. Quod præceptum tanquam datum de re graui, nimirum deliberatione proximi à morte, certum est obligare sub mortali. Et quia liberatio innocentis inuasi, in pari periculo anteponenda est liberationi inuadentis iniusti (illius enim meliorem, quam huius conditionem esse debere satis de se constat) videtur pariter certum, similem obligationem esse liberandi à morte innocentem, occidendo iniustum aggressorem, quando non possumus aliter illum liberare.

Atque hæc congruenter statuendum est, eum peccare mortaliter: qui non reuelat proximo homicidium in ipsius persona committendum, quando non potest ipsum alio modo liberare. Id quod Caietan. in verbo Homicidium. cap. 2. sub finem, notat: & locum habet, etiam si Clericus sit, aut Religiosus ille qui non reuelat, iuxta doctrinam eiusdem Caiet. 2. 2. quæst. 33. art. 7. quia talis reuelatio incumbit ex iure natura: cui ius Ecclesiasticum non derogat, cū imponit irregularitatem Clerico, qui morti alicuius causam dederit. Locum etiam videtur habere etiam si quis promiserit se seruaturum secretum: cum tali quoque promissioni ius naturale præualeat. Quamquam si sigillum esset sacramentale, delegendum non esset nequidem ad conseruandam vitam cuiusvis, aut ad reipubl. excidium aut quocumque aliud malum auertendum, ex communi doctrina de eodem sigillo à nobis tradita in lib. 3. cap. 2.

Quod autem teneatur quis honorem aliaque bona proximi defendere cum potest, resque exigit; satis significatur.

catum est in cit. cap. Dilecto, §. finali, cum dicitur, Et quidem cum liceat cuilibet vicino vel proximo pro repellenda ipsius iniuria, suum impertiri auxilium. Immo vero si potest & negligit, videatur iniuriantem fouere, ac esse particeps eius culpæ. Hæc ibi. Attamen ille non tenetur ex tali ope in similia mala incurtere. Nam vt vitam alterius conseruare non tenetur cum propriæ vitæ periculo verosimili: ita nec honorem aut rem familiarem ipsius cum similibus iactura: quod pro generali regula habendum esse notat Petrus à Nauar. in citato cap. 3. num. 428.

Aduerte autem obligationem defendendi vitam & bona externa proximi, cum propriæ vitæ iactura, cessare in iis etiam, qui ex officio tenentur illum defendere; vt ij qui sunt publica auctoritate præditi ad aliorum gubernationem; velut Principes, Prætores, Magistratus, & qui auctoritate ipsorum sunt ad id constituti, vt publici officiales. Tale officium enim non obligat ipsos, vt pro bono priuato, vitam exponant, sed tantum pro bono publico, cuius proprie ac directe constituuntur custodes.

Aduerte præterea quod satis ratione congruenter docet Molina De iust. & iure, to. 4. tract. 3. disp. 13. nu. 6. pro defensione bonorum proximi: nos non solum non teneri exponere periculo propriam vitam, aut corpus mutilationi, vel vulnere aliue notabili læsioni: sed nec teneri corabiles nostrorum bonorum pati iacturam, aut magnam molestiam. De cuius siue iacturæ siue molestiæ magnitudine sufficienti ad excusandum à mortali, nõ datur certa regula; sed relinquatur arbitrio prudentis iudicandū in singulis euentibus. Ad quod iudicium iuuare poterit cõmunis doctrina de elemosyna, quam secuti sumus in præced. lib. 4. à c. 19. Et aduertet interea, quod cum peius sit damnum inferre alicui, quam ne ab alio inferatur, non impedire; minus requiri ad non impediendum damnum proximi, quam ad inferendum excusandū à peccato mortali: bonamq; fidem in re tam incerta, posse non parū ad huiusmodi excusationem seruire. Probarim quoq; illud, quod idem Molina habet in præced. nu. 4. obligatū tantummodo ex charitate ad defensionem proximi ab iniuria in bonis externis, nõ teneri id facere cum inuoluntaria occisione, quæ notabile molestiam, & horrorem adferat: in tali præsertim casu, in quo pro bonis ordinis longe inferioris, plerumque cum vita corporis admittitur vita animæ, etiam si id malitiæ pereuntis sit tribuendum.

72. Superest paucis attingenda difficultas, quam tractat Petr. à Nauar. lib. 2. De restit. cap. 3. à num. 206. ad 216. Nam liceat aliquando optare proximi mortem. De qua certum est, id non licere, si nullus sit rationalis finis, quo quis ad id moueatur; ne si quidem alter nocentissimus sit; quia in eo peccatur contra charitatem per inuidiam vel odium. Licere autem, si talis sit finis ob quem subire mortem, etiam innocentissimus teneatur, vt Christi gloria, adimpletio voluntatis diuine, reipub. salus temporalis, aut salus spiritualis alicuius hominis, cum ad eas res talis mors medium est necessarium. Qua item ratione licitum etiam est optare alicuius mortem, morbum, dedecus, vel aliquam in re familiari iacturam, per quam ad emendationem vitæ inducatur, aut re, quod solet, facinora impediatur perpetrare, prout ex D. Thoma & Soto habet Nauarrus in Enchir. cap. 15. num. 10.

Difficultas est igitur, An id desiderare liceat ob alios fines inferiores, vt ob aliquod nostrum commodum, aut incommodum temporale. Ad quam Petrus ipse à Nauar. ibidem num. 209. & aliquot sequentibus respondet, non esse quidem illicitum gaudere simpliciter de morte alicuius, prout ea contingit diuina voluntate; quia licet suam voluntatem conformare diuinæ: nec item gaudere simpliciter de temporali emolumento ex ea secuto: quia talis effectus bonus est. Esse tamen illicitum gaudere de morte ob talem effectum ex ea secutum. Id enim est contra charitatis ordinem, secundum quem tenemur plures facere vitam proximi quàm bona nostra temporalia. Is vero qui propter hæc mortem alterius desiderat, facit contrarium. Deinde tenemur prædicta bona dare pro vita proximi, cum ipse est in extrema necessitate. Ergo non possumus ob illa, mortem ipsius licite desiderare.

CAPVT VII.

de Duello.

SVMMARIVM.

- 73 Definitio duelli cum explanatione.
 74 Duo casus in quibus illicitum est duellum.
 75 Non licite permitti à Principibus, nisi ad maius malum vitæ autum urgente necessitate.
 76 Pœna pugnantium in duello.
 77 Pœna participantium in idem.
 78 Quod confictus particulares, qui sunt in bello, nõ sint duella.
 79 Quodque nihilominus vt plurimum sint illiciti.
 80 Necessitas non facit duellum licitum.
 81 Duelli reprobatio per Concilium Tridentinum.
 82 Pontificum aduersus illud edita constitutiones: quarum ea que est Clementis octaui ceteras complectitur & renouat.
 83 Persona que ratione duelli excommunicationem, aliasque penas incurrunt.

AB ETUR de hac materia in iure Canonico cap. Monomachiam. 2. quæst. 4. & titulus De Clericis pugnantibus in duello, ac titulus De purgatione vulgari in Decretalibus Gregorij. Arguit de eadem Summarij in verbo Duellū, Caiet. 2. 2. quæst. 95. in fine, Nauarr. in Enchir. cap. 11. num. 39. & cap. 15. num. 9. Petrus à Nauar. lib. 2. De restit. cap. 3. à Num. 280. Gregor. à Valent. 2. 2. disput. testia, quæst. 17. puncto 1. Comitulus in lib. 6. responsionum Moral. à quæst. 12. ad 19. & Thomas Sanchez in opere Morali lib. 2. cap. 39. Illius autem explanationem complectemur responsione ad aliquot quæstiones.

QUÆRITUR ERGO PRIMO, Quid sit duellum. Respondetur esse pugnam duorum, vel plurium institutam ad eadem seu vulnera, idq; ex condicito, ac certo pugnantium numero constituto, atque tempore locoq; pugnae designato. Dicitur primo, pugna, quia digladiationes illæ quæ ioco fiunt, aut exercitij gratia, non sunt duella. Secundo, duorum, vel plurium: quia duellum non est tantum inter duos solos; sed, aliquando inter plures: vt quando duo contra duos pugnant, sex contra sex, aut alio numero vtriusque pari. Tertio dicitur, instituta ad eadem, seu vulnera: quia cetera exercitia militaria, quæ nõ sunt ad hunc finem instituta, sed ad discendam artem militarem, vel ad virium conseruationem, non censentur proprie duella: nec etiam illicita sunt, nisi vt habent adiunctum periculum mortis, vel vulnere, non adhibito aduersus illud remedio vt torneamenta illa quæ prohibentur, & in quibus moritur, etiam si pœniteat Ecclesiastica sepultura priuatur in cap. 1. De torneamentis. Sunt enim illa in quibus est probabile periculum, occasioq; mortis vel vulnere: non vero illa quæ exercentur eo moderamine, quo cædes, & alia pericula vitantur. Talia enim, quantumuis mors aliquando casu sequatur, illicita non sunt, vt D. Thomas attingit 2. 2. quæst. 40. ar. 1. in fine, & expressit Nauar. in cit. num. nono, & post ipsum Petrus à Nauar. in citato cap. 3. nu. 300. Hacq; ratione, à Ioanne XXII. in Extravag. unica, De torneamentis, censentur torneamenta permilla esse, ob commune bonum: cui expedit talibus pugnis vmbatilibus, suos propugnatores exerceri. Dicitur quarto, ex condicito, id est, ex pacto inuicem inito: quia confictus quotidiani, qui nascuntur ex improviso ac subito ira feruore non sunt duella: vt nec quando quis defendit seipsum contra furem vel alium, propulando iniuriam. Propterea additur, certo pugnantium numero constituto, vt duellum distinguatur à bello, in quo relinquuntur liber certantium numerus.

Quod vltimo loco ponitur distinguit duellum à rixâ, de qua in fine huius libri fit; sine præmeditata inuitatione ad pugnam. Ex eo autem licet deducere cum Thom. Sanchez in cit. cap. 39. nu. 28. duelli rationem contingere: si apud pugnantium vnus dicat alteri: veni, expectabo te in tali loco, alterque acceptet. Nam nihil ad duellum tunc apparet deesse, quàm certum tempus. At non deest. Nam præsens, quod ex pacto illi constituunt, nõ minus est certum, quam tempus castinum. Idem iudicium est si iniuria affe-

ria affe-

ria affectus ab alio, quem videt non habere ensem, dicat: Vade, quæ situm ensem tuum, te hic expecto. Nam & tunc destinatur locus & tempus. Non vero si ab alio læsus in templo, dicat ei, Exi foras; intendens significare quod velit sibi cauere ab irreuerentia loci sacri. Non autem assignare locum pugnae. Licet etiam deducere cum Lud. Molina, De iustitia & iure, tomo 4. tract. 3. disput. 17. nu. 4. non posse in rigore, quia duella sint, pugnae iustæ ab his qui cum essent in nauis, aut in alio loco ad pugnam non commodo ipsorum iudicio, vnus alteri dixit egrediamur in terram: vel te expectabo in tali loco: vel quisque nostrum eat quæsitum ensem suum pugnaturi in tali loco, & tandem pugnant, neque concurrentibus aliis ad spectaculum, neque interueniente alia solemnitate. In quibus ratio quidem solemnitas duelli minime cernitur, priuati tamen duelli non est obscura.

74. **QVÆRITVR SECVNDV.** Anlicitum sit duellum. Respondetur vero, illicitum esse in duobus casibus. Alter est, quando ipsum fit ad indagacionem veritatis: nimirum vt ea diuino iudicio censeatur esse à parte illius qui superior euaserit: quod quidem est tentare Deum, contra illud Matth. 4. Non tentabis Dominum Deum tuum. Et enim tali ratione veritas occulta exquiritur à Deo indebito modo, iuxta cap. Monomachiam 2. quæst. 4. perinde ac per appositionem manuum ad ferum candens, vel aquam feruentem, ex cap. Consultuisti ead. quæst. & ex cap. finali, De purgatione vulgari.

Alter casus est, quando quis alium prouocat ad duellum, vel illud acceptat ob inanem gloriã, vel iram, vel ad vitium ostentationem, aut aliam causam præter necessitatem defensionis vitæ, vel honoris, vel rerum, in instanti temporis quo inuaduntur. Illa enim ratione homicidium committitur contra hoc præceptum, prohibeturque non modo iure canonico, Extra De Clericis pugnantibus in duello: sed etiam iure civili, Cod. De gladiatoribus, lege vnica.

75. Neque vero licitum est vnquam Principi permittere tale duellum fieri, cum ipsum aduersus non tantum charitati (tam scilicet in eo, quod dirigatur ad mortem vel mutilationem proximi: quam in eo, quod sit cum cõditione, vt neuter à quoquam impediatur alterum offendere) sed etiam iustitiæ: immo & bono publico, vt de se satis patet: nec licet de ea veritate vllatenus dubitare: cum in Conc. Trid. sess. vlt. cap. 19. De reformatione, omnes Principes, & Domini temporales, qui duellum inter Christianos concedunt, sint excommunicati ipso facto, & domino ciuitatis aut loci in quo vel apud quem duellum permissum est, priuati sint: si illud ab Ecclesia obtinuerunt, aut si feudale sit, a rectoribus dominis statim acquiratur. Quamquam (vt citatis aliis notat Thom. Sanchez in opere moralis lib. 2. cap. 39. num. 30. post Gregor. à Valent. in fine memorati puncti primi) in aliquo casu extraordinario ad vitanda maiora mala & scandala, Princeps excusari posse videtur, cum duellum permittit inuitus, eo modo quo interdum nonnulla alia mala permittuntur ad vitanda aliqua maiora. Exemplum est: si ciues bacchaturi sint in mutuas cædes, nisi duobus qui sunt dissensionis auctores, duellum permittatur.

76. **QVÆRITVR TERTIO.** Quæ sint pœnæ pugnantium in duello aut illis participantium in eo crimine. Respondetur, septem pœnas contra pugnantem in duello cõstitutas esse ab Ecclesia. Prima est, si ille qui pugnat mutilauerit occidat, siue per seipsum siue per alium loco ipsius constitutum, efficitur irregularis, ex cap. 2. De Clericis pugnantibus in duello. Secunda, Clericus qui pugnat in duello debet ab episcopo deponi ab omni officio & ordine; ex cap. 1. eod. tit. Vbi tamen additur, quod Episcopus ipse possit cum eo dispensare, si non occidit vel mutilauit: quod si occidit vel mutilauit ad nullum ordinem sacrum promoueri potest, iuxta Conc. Trid. sess. 14. c. 7. De reformatione. Tertia pœna est, quod qui pugnat in duello sunt ipso facto excommunicati, ex eodem Conc. Trid. sess. vlt. cap. 19. De reformatione. Nec obstat, quod vtriusque verbis in peractui modi, quæ videri possunt significare rõsententiam latam, sed ferendam per Iudicem: quoniam ea

non diriguntur ad Iudicem vt censeantur requirere illius actionem, sed ad reum, quem per imperiũ efficacis ligauit.

Accedit quod Gregorius XIII. & Clemens VIII. in suis cõstitutionibus de eadem re (quarum in sequentibus sufficiens mentio fiet) sic illud Concilij Decretum intellexerunt. Quarta pœna est perpetua infamiae ex eodem Concil. in eod. cap. 19. Quinta est, proscriptio omnium bonorum, ex eod. adhuc ibid. Sexta, quod debeant puniri vt homicidæ, iuxta sacros canones, prout ibidem etiam habetur. Septima, quod priuandi sint Ecclesiastica sepultura qui moriuntur in duello, ex eiusdem Concilij Decretum ibidem.

Non immerito vero Ecclesia tot pœnas statuit contra huiusmodi peccatum. Imprimis enim per illud iustitia maxime peruerteritur; tamquam milites & nobiles, ad duella confugiunt, relicta ipsa iustitia: quam quia plerumque ille qui iustam habet causam succumbit in duello, vt tangitur in cap. 2. De purgatione vulgari. Præterea quando permittuntur duella, in dies fiunt homicidia infinita: quia pro quouis iniurioso verbo homines ad illa se prouocant. Denique non tantum interficiuntur corpora: sed etiam animæ ipsæ, quæ pereunt in peccato mortali. Ob quã maxime causam Ecclesia tam seuerè duella ipsa prohibet: pro ea scilicet cura speciali, quam debet habere salutis animarum.

77. Quod autem attinet ad illos qui participant in crimine pugnantium in duello; præter reatum peccati mortalis (quem constat illos incurere, qui quouis modo alios ad duella incitant; aut qui ab illis non reuocant, cum reneantur & possunt) incurunt quinque pœnas Ecclesiasticas. Prima est, vt qui duellum præcipiunt, consulunt, aut defendunt pugnantem in eo, si homicidium vel mutilatio sequatur, sint irregulares, ex cap. 2. De Clericis pugnantibus in duello. Secunda, vt patini pugnantium in duello, sint excommunicati ipso facto & incurant perpetuam infamiam ac proscripti omnium bonorum, & puniendi sint vt homicidæ, ex Conc. Trid. sess. vlt. cap. 19. Tertia, vt omnes qui in causa duelli dant consilium siue in iure siue in facto, sint excommunicati, in eorumque perpetuam maledictionem ex Concil. Trident. ibidem. Quare cauere debent Ecclesiastici de hac re interrogati, ne respondeant duellum esse licitum. Nam in excommunicationem incurunt, si ipsum sequatur; & celebrantes in tali excommunicatione, sunt irregulares ex violatione censure. Quarta, vt omnes qui id quacumque ratione suaferunt, sint excommunicati ex eod. Conc. ibid. Quinta, vt omnes spectatores sint etiam excommunicati, ex eodem quoque Concil. ibidem. Quod aduerte, cum pane sint interpretatione restringende, non videri extendendum (quod etiam notat Tho. Sanchez in seq. nu. 31.) ad eos qui casu aliquo spectant, vt accidere potest transeuntibus, obiter aspicientibus: cum spectatores vocati non soleant, nisi illi qui se in publico exhibent, & præsentia suo concurrunt ad solemnitatem spectaculi. Cateri autem qui aspiciunt non sunt quidem obnoxij excommunicationi, sunt tamẽ peccato, tanquã vacantes operi vituperio, non autem laude digno. De quibus dubium non est idem dici posse quod de aspicientibus torneamenta; aut alia spectaculain quibus exhibendis imminet probabile periculum mortis aut mutilationis: nempe ex Angelo in verbo Interrogationes nu. 8. in fine, peccare mortaliter: tum quando respiciunt animo irascendi, vt nolent desistere etiam si id eis præciperetur: tum quando aspectio ipsorum est talis spectaculi causa, vt quando ipsum alioqui non fieret. Adde & quando in eo datur aliis scandalum, vt facile potest ab Ecclesiasticis, non modo Religiosis, sed etiam secularibus.

78. **QVÆRITVR QVARTO.** Vtrum liciti sint confictus illi particulares, qui inter hostes solent fieri tempore belli inter vnum & vnum, decem & decem, &c. Respondetur primo, huiusmodi confictus non esse duella, quando bellum est iustum, sed esse partes quasdam iusti belli. Differunt enim trib. modis à duello. Primo, ex parte principij: sunt enim publica & legitima auctoritate, sicut bellum. Duellum vero, vel sit priuata auctoritate, vel non le-

gitima. Secundo, differunt ex parte effectus. Nam per huiusmodi conflictus, vires hostium possunt debilitari, & per duella vires Reipub. quandoquidem ut plurimum uterque pugnantium est pars eiusdem Reipub. Tertio, differunt ex parte finis. Nam finis istorum conflictuum principalis, est defensio Reipub. proximus vero est interficere Reipublic. hostes, illosve qui possunt iuste interfici. Finis vero principalis duelli est privatum commodum; proximus autem est interficere illum, qui non potest iuste interfici. Vnde duellum est contra istud quintum præceptum, non item conflictus illi qui fiunt in bello.

79.

Cæterum quamvis hæc ita sint, tales tamen conflictus, ut plurimum illiciti sunt, duas ob causas. Altera est, quod Dux permittens illos, temere milites suos exponat mortis periculo. Nam cum sint pares numero cum aduersariis, valde probabile est quod neutra pars superabit, sed potius mutuis vulneribus se conficiant, quemad. 2. Regum, cap. 2. accidit, cum pugnarent 12. contra 12. omnes se mutuo interfecerunt. Altera causa est, quod id sit quædam tentatio Dei, nec prudenter fiat; cum securus sit, & consultius defendere reipublica omnib. viribus, quam tam paucis hominibus, ut euentus ostendit in memorato conflictu: ex quo non esse secutam pacem, sed crudelissimum bellum, patet ex eodem cap. 2.

Item vix concesserim tales conflictus esse licitos, nisi cum ad eos impulerit vrgens causa: qualis censetur primo, ille qui iustum bellum gerit, non habeat vires aduersariis pares ad configendum copis omnibus. Nam tunc securus est ei pugnare paribus viribus in particulari conflictu, quam imparibus in conflictu generali: & ita sentientes multos refert Thomas Sanchez in opere morali lib. 2. cap. 39. nu. 16. Secundo, si ille qui causam habet iniustam prouocet ad talem conflictum, periculumque sit ne proprii milites, nisi conditio admittatur, cadant animis; sicque perdat victoria; aut iidem meticolosi, & ighaui existimentur ab hostibus, qui inde efficiantur animosiores. Causa sufficiens vero non censetur esse ostentatio virium, vel vana gloria. Immo neque ut parcatur multitudini. Licet enim ex vna parte videatur misericordie esse curare, ut pauciores potius, quam multi interficiantur, ex altera parte tamen, tentatio quædam est Dei, qua ab eo miraculum exquiritur, cum id quod totis viribus conandum est modico tandem conatu adhibito obtinere volumus: præsertim cum ipse velit expectantes auxiliū ipsius, operari ex parte sua quicquid possunt. Qua de re Caiet. 2. 2. quæst. 95. in fine, Petrus Nauar. lib. 2. de rellis, cap. 3. nu. 295. & 296. ac Thom. Sanchez in citato capite 39. nu. 12. 13. & 14.

80.

QVÆRITVR 5. An licitum sit ob aliquam necessitatem duellum suscipere. Respondetur, nulla vnquam de causa licitum fuisse duellum suscipere. Quod communiter senserunt Doctores etiam ante Concil. Trident. Ita enim habet glossa ad cap. 1. verbo *Obligatum*, de Clericis pugnantibus in duello: & ad cap. 1. verbo *aliquatenus*, de purgatione vulgar: habet item D. Anton. 3. part. tit. 4. sub finem, quem Tabiena in verbo *Duellum* nu. 4. sequitur: simul approbans quod ille expressit, nulla consuetudine duellum potuisse reddi licitum, utpote de se malum & perniciosum. Adde Syluest. alios citantem in eodem verbo quæst. 4. sub finem. Id autem probatur facta inductione per causas ob quas maxime videri potest licere duellum suscipere. Primo enim, id non licet ob metum infamiae, siue eo quod timeat quis ne dicatur de ipso quod sit vilis, & degeneris animi. Nam metus eiusmodi, ut communiter Summarily docent in verbo *Metus*, nullo iure excusat, cum non imitatur rationi vel legi; sed, ut recte notat Caiet. loco cit. causa 3. stultæ opinionioni vulgi. Atque ut Bannes habet 2. 2. quæst. 40. art. 1. in fine: si quæ contingat in hac amissio honoris & famæ, tantum est apud homines vanos, & amatores huius seculi. Apud bonos enim & timorate conscientie homines, nihil famæ, & honoris amittitis, qui ne Deum offendat, & in Ecclesiasticas censuras incurrat, non vult acceptare duellum: præsertim cum licite possit euadere infamiam, respondendo prouocanti. Ego quidem vbicumq; me aggressus fueris, paratus sum me defendere: sed duellum non accipio; quia impium est, & iustis legibus damnatum.

Deinde nec iusta causa suscipiendi duellum esse potest, vel defensio rerum, vel conseruatio honoris, aut vitæ: tum quia tale remedium nimis atrox est, ac etiam ineptum: utpote quo honor, res, & vita aperto discrimini obiciuntur, non autem seruantur. Tum quia etiam si liceat ipsum defendendo vim vi repellere, tamen ut sit vera defensio, id debet fieri incontinenti, non autem post interuallum temporis ut expresse habetur ex cap. 3. De sentent. excommunic. In duello vero non propellit quis iniuriam incontinenti, sed post interuallum temporis. Quinimo in eo, neuter pugnantium defensor est, sed vterque aggressor.

Si quis obiciat pugnam quam Dauid suscepit contra Goliath. Occurrendum est pugnam eam non fuisse duellum, sed partem iusti belli. Pugnavit enim Dauid cum hoste Reipubl. suæ: idque tunc, cum in summis angustiis esset exercitus populi Dei. Adde quod cum esset propheta, id fecerit ex speciali instinctu Dei: cum alioqui tam impar viribus, suscepisset talem pugnam valde inconsulte, & cum quadam tentatione Dei.

Porro magna difficultas fuit ante Concilium Tridentinum, An duellum suscipere liceret ei qui factio accusatur ab alio de crimine propter quod interficiendus est, nisi ex mandato Iudicis purgetur de duello: sed post ipsum Concilium non videtur relicta ratio dubitandi, quin id sit illicitum. Generaliter enim ac sine restrictione prohibitus est vsus duelli fess. vltimæ cap. 19. his verbis Detestabilis duellorum vsus fabricante diabolo introductus, ut cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Christiano orbe penitus exterminetur.]

Et certe, ut iam insinuauimus, licitum censeri non potest, ad conseruationem rerum temporalium: quia peridem Concilium ibidem, qui pugnat in duello incurrit præscriptionem omnium honorum. Nec etiam ad famæ conseruationem, quia talis simul incurrit veram infamiam iuris, nec sepelitur in loco sacro, adhuc ex eodem Concil. ibidem. Neque item ad vitæ conseruationem, quia incurrit mortem animæ, cuius mors corporis postponenda est, iuxta expressum Christi documentum Luca 12. ver. 5. quinto. Nec denique ob metum vilius Iudicis, quoniam pro nullo metu debet quis peccatum mortale committere, ut notatur in cap. Sacris De iis quæ vi, metusve causa sunt. Quamquam tamen (iuxta doctrinam quam ex Caiet. habet Nauar. in Enchir. cap. 11. num. 39. & cap. 15. nu. 9. & plenius tractat Thomas Sanchez in opere morali lib. 2. cap. 31. & aliquot sequentibus) quando fuerit necessarium ad defensionem vitæ contra iniustum inualorem, nec alia patuerit via ad euadendum, potest acceptari duellum: immo & offerri ad hunc modum: nempe, si inimicus armatus te aggrediatur inermem, petas dari tibi arma, ut militanter te occidat. Talis enim petitio habet rationem veræ defensionis, non autem duelli ad iniustam occisionem instituti, quod Ecclesia punit excommunicatione ea quam Patres Concilij Trident. in cit. cap. 19. tulerunt, extenduntque ad eos qui consilium degerint in causa duelli: aut hoc suaserint, aut eius spectatores fuerint.

Cæterum præter Concil. Tridentinum hanc animarum simul & corporum perniciem eliminare ab Ecclesia constitutionibus seuerissimis magno studio conati sunt: Pius quartus, & Gregorius decimus tertius, ac postremo Clemens octauus: innoans ab illis constituta; & quædam superaddens, ad frangendos animos furis sic agitato, ut & Dei & sui omnino obliuiscantur, in suam extremam perniciem tam animæ quam corporis. Vitæ autem erit constitutionis eiusdem Clementis quam edidit anno Domini 1592. & incipit: Illius vices; summam hic atterere post Georgium Sayrum in libro tertio Theauri carituum conscientie cap. 31. à num. 21. ad 26.

Summa constitutionis à Clemene octauo adita contrapugnantes in duello.

PRimo renouat bullam quamdam à Pio 4. de hac editam, contra quoscumq; Principes ac domicellos, ac alios omnes, permittentes in suis dominiis & terris duellum

lum

lum fieri, aut singularia certamina: aut diffidationes facientes, ac ad id inuitantes, procurantes, auxilium, consilium, vel fauorem dantes, illisque aditantes & interficientes, necnon chartas desuper subscribentes, aut publicantes, seu de illis se intromittentes. Qui omnes & singuli Imperatore ac Regibus inferiores, si laici fuerint maioris excommunicationis: sin Ecclesiastici fuerint ultra eam, etiam priuationis omnium dignitatum, beneficiorum & officiorum Ecclesiasticorum, inhabilitatisque ad illa, & alia in posterum obtinenda, pœnas eo ipso incurrunt à quibus non nisi à Romano Pontifice absolui possunt.

Secundo innouat decretum Concilij Trident. sess. vlt. De reform. cap. 19. antea memoratum à nobis. Tertio confirmat bullam Gregorij XIII. que incipit *ad tollendum*, editam anno Incarnationis Dominicæ 1582. nono Decembris Pontificatus eiusdem, anno vndecimo: vbi prædictus Pontifex impositas à Concil. Trident. pœnas extendit aduersus omnes illos, qui non publice quidem, priuatim tamen ex condicito, statuto tempore, & in loco conueno monomachiam commiserint, etiamsi nulli partini, sociiue ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nulla prouocatoriæ lætæ, aut denuntiationis chartulæ præcesserint. Quas etiam pœnas extendit contra locorum dominos, si certamen ex condicito permiserint, aut quantum in se fuerit, non prohibuerint: necnon contra eos omnes qui duellum huiusmodi fieri mandauerint, instigauerint; auxilium, consilium, vel fauorem dederint, aut quos arma, pecuniam, comœtatum, & alia subsidia scienter subministrauerint, aut ex composito spectatores vel socios se se quouis modo præbuerint, etiamsi illi qui ad locum destinatum pugnaturi accesserint impediri, pugnam nō commiserint si per ipsos non steterit quominus illa committeretur. Quarto confirmat omnes tres prædictas, hoc est, Pij 4. Concil. Trident. & Gregor. 13. constitutiones, cum censuris, pœnis, decretis, & extensionibus earumdem; ac insuper easdem constitutiones ac decreta locum habere vult vbique gentium & terrarum: inter quascumque personas etiam armatas, & in castris seu propugnaculis, militantes etiam in terris & dominiis hæreticorum.

Quinto explicat in particulari personas quæ prædictas pœnas incurrunt: & sunt istæ. Primo, quilibet miles qui in bello publico, & forsitan iuste indico, contra alterum in aduersario exercitu militantem, siue alias in hostium castris, præsidis, aut terris degentem, priuatas inimicitias & similitates publicæ causæ intermiscendo, etiam Ducum permittu ex condicito ad singulare certamen descendit, aut ad illud prouocat.

Secundo, qui pactiones ineunt de dirimendo certamine cum primum alteruter vulneratus fuerit, seu sanguinem effuderit, aut certus iduum numerus vtrinque illatus fuerit; vel si conueniant, vt non singuli cum singulis, sed bini terni, aut plures hinc inde pugnent.

Tertio locorum domini, magistratus, Præsides, locumtenentes, militum duces, & Capitanei in castris vel extra ea, in alieno vel hostili solo; qui cum militibus exercitus aduersariorum, monomachiam in quocumque casu per præsentem, vel prædictas constitutiones prohibito, permittunt; vel quantum in ipsis est non prohibent, aut post admissum crimen, veniam & impunitatem concedunt.

Quarto omnes & singuli qui suo vel alieno nomine, scripta (*manifesta, seu fides vulgo appellata*) in hac bulla prohibita, aut libellos, epistolas, earumve exempla dicunt, componunt, scribunt, mittunt, deferunt, diuulgant, affigunt, exemplar typis imprimunt, subscribunt, intiment, vel etiam verbo denuntiant, seu attestantur.

Scripta vero quæ in ea bulla prohibentur, sunt omnia illa scripta, quæ vel expresse prouocant ad huiusmodi certamen, vel sunt quasi quedam præparatoria ad chartulas seu libellos prouocatorios, & ad duellum: atque illorum veluti radices; aut semina vt plurimum, laceffendi aliquem ad pugnam, & fuscitandæ similitatis, atque inimicitie materiam & occasionem præbent, dum in illis per modum epistolæ, libelli, aut publicæ attestatiōis, & intimationis, siue per authentica documenta, siue per vnus, pluriumve

chyrographum, subscriptiones, aut reuelationes, sub prætextu proprii vel alieni honoris & famæ, more militari atque, vt vulgo dicitur, cauallaresco tenendi, aut lædendi sine ad illatæ, propulsatæve contumeliæ, aut iniuriæ præbationem; seu tollendam illius suspicionem rei alicuius gestæ ad id pertinentis, vel verborum aut responsonum leues, & ordo narratur vel ex simili abusu hac de causa aliquid tale adeo firmiter asseritur, aut negatur, vt qui contradixerit is siue nominatim, siue in genere mendaciæ arguatur seu mentiri dicatur. Ad hunc effectum militari etiam consuetudine quæritur, declaratur, aut respondetur, quamente, aut quo sensu quidpiam eiusmodi, quod ad superius expressa spectet, gestum, dictumve sit: vel offeri se quispiam contra certam vel incertam personam: vel generatim contra quemcumq; ad probandum armis, & verificandum, etiam inito certamine, aliquid ita esse, aut fuisse vel non fuisse. Imo vero non solum prohibentur huiusmodi scripta ad effectum de quo superius dictum est, sed etiam qualescumque denuntiationes, narrationes, declarationes & testificationes talium rerum, supra dicta quoquo modo concernentium, & ob huiusmodi causas, etiam factæ sine scripto, in locis publicis vel priuatis, vbi hominum multitudo conuenire solet.

Sexto, qui aliis ad singulare certamen publice vel occulte ineundum vel ad prouocandum aliquè ad pugnam; siue ad huius generis scripta (*qua manifesta quæque chartula prouocatoriæ appellantur*) scribenda, dictanda, mittenda, deferenda, diuulganda, auxilium, consilium, operam, vel fauorem præstiterint, siue id iuauerint, aut mandauerint. Quæ in præmissis vel eorum aliquo se quomodolibet intermiscuerint, etiamsi neque pugna aliqua, nec certamen aut effectus, nec accessus aut actus ad pugnam proximus, neq; expressa & aperta prouocatio subsecuta fuerit, neque scriptiones prædictæ in publicum prodierint, aut cuiquam intimatæ extiterint, si per eos non steterit quominus publicatio aut denuntiatio fieret.

Septimo denique omnes, & quicumque publice vel priuatim, palam vel occulte in quibuscumque locis, modis, & formis ac casibus in hac bulla & aliis prædictis constitutionibus, videlicet Pij IV. & Greg. XIII. & Concil. Trident. ac decretis comprehensis singulare certamen, quod duellum vulgo dicitur, ex composito ineuntes, necnon id scelus luadentes, aut prouocantes, opem, consilium vel fauorem præstantes, equos, arma, vel comœtatus præbentes, aut comitentes, vel circa chartulas, seu libellos, literas, nuntios, aut quæcumque alia scripta huiusmodi quomodolibet peccantes, huiusque delicti socij de industria spectatores, partini, fautores, defensores quacumque Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.

Hi omnes si singulares personæ sint, cuiuslibet communitatis, vniuersitatis, collegij, aut reipub. maiorem excommunicationem ipso facto incurrunt: & si in ipso conflictu obierint, sepultura Ecclesiastica priuantur. Ciuitates vero, terræ, oppida, vel castra, & loca in quorum territorijs id facinus scientibus, & tacite, vel expresse permittentibus, aut tolerantibus dominis, aut magistratibus, vel Senatu, aut populo admissum fuerit, interdicto Ecclesiastico supponuntur. Cuius interdicti relaxationem, aut excommunicationis absolutionem ab alio quam à Summo Pontifice pro tempore existente, pœnitentiæ & satisfactione congruè peracta, nisi in mortis articulo constituti, nequeant obtinere, etiam prætextu quarumuis facultatum, & indulgatorum quibusuis personis tam Ecclesiasticis cuiuscumque ordinis, aut militia, status, gradus, aut conditionis existentibus, quam laicis, etiam imperiali, regali, vel alia mundana præeminentia insignitis per Sedem Apostolicam in genere, vel in specie concessorum: quæ omnia quoad præmissa nemini suffragari possunt: pœnis aliis, tam spiritualibus quam temporalibus contra eos inflictis nihilominus in suo robore permanentis. Hactenus summa bullæ Clementis verbis eiusdem vix mutatis. Indicauit autem abunde ipse Pontifex mentem suam esse tali constitutione duellorum abominandum vsum penitus tollere extirpatis ra-

dicibus eorum ac fibris excommunicationem, aliasque pœnas imponendo non modo ob duellum: sed etiam ob scripta quæ duellum antequam solent: aliaque habentia incitamentum ad idem scelus, suntque illius semina. Vnde Paulus Comitulus in lib. 6. responsorū moralium quæst. 14. num. 6. deducit (& satis cōsentiant quæ Thomas Sanchez in opere morali lib. 2. cap. 39. num. 24.) generaliter esse illic sermonem de duello, tum pro scilicet hoc nomine, pro dimicatione singulari ex vtriusque dimicantis placito & approbatione quamvis certo tempore & loco ad pugnam delecto ea careat. Nam si Papa hac sua constitutione duellorum semina & radices auertere voluit à fidelium cœtu: quanto magis genera omnia duellorum?

Addit idem author quæst. 17. esse responsum ab Clemente ipso octauo, Cōfessarios qui ante decretum ipsius, de quo dictum est, poterant per priuilegium Papale, absolueri à casibus Sedi Apostolicæ referuatis, posse quoque absolueri ab excommunicatione, quæ in eodem decreto imponitur respectu duelli. Quæ ratione id ad suam notitiam tale responsum venerit, Comitulus ipse sufficienter ibidem aperit.

CAPVT VIII.

De Bello.

SVMMARIVM.

- 84 Bellum esse licitum.
- 85 Bellum aliud offensiuum, & aliud defensiuum, ac vtriusque differentia.
- 86 Necessaria vt bellum defensiuum sit iustum.
- 87 Necessaria vt offensiuum sit iustum, ac primo de autoritate.
- 88 De causa iusta, quod certum esse debeat, ne dubiam esse sufficiat.
- 89 Cetera conditiones necessarise.
- 90 Quatuor casus in quibus Clericis pugnare licet.
- 91 Discrimen inter conditiones ad iustum bellum offensiuum necessarias.
- 92 Quid faciat is qui acceptam iniuriam valet vindicare bello; & cum superiorem recognoscat; non habet auctoritatem illud indicendi.
- 93 Causa indicendi iuste bellum.
- 94 De causa infidelitatis.
- 95 De causa heresis.
- 96 De ceteris causis.
- 97 Gloria, aut dilatio imperii non est sufficiens causa iusti belli.
- 98 Quomodo bellum possit esse vtriusque iustum, & vtrum liceat in eo vti insidiis.
- 99 Quo tempore liceat bellum gerere.
- 100 Quatenus liceat in bello vti infidelium auxilio.
- 101 Quatenus teneatur Princeps à bello desistere si iusta satisfactio ei offeratur.
- 102 De compositione quam Princeps facit cum hostibus, quoad queuis damna suis subditis illata.
- 103 Quid teneantur milites facere, cum dubia est belli causa.
- 104 Quando teneantur ad restitutionem damnorum aduersariis illatorum in bello.
- 105 An teneantur, & peccent quando inferunt sine legitima auctoritate.
- 106 Responso ad questionem, Num licitum sit militibus exponere se eidentissimo mortis periculo.
- 107 Licitumne sit Clericis ad bellum proficisci.
- 108 Quatenus liceat in iusto bello damna hostibus inferre.
- 109 De his quæ capiuntur in bello iusto.
- 110 Quæ circa innocentes seruanda sint in bello iusto, quoad personas ipsorum.
- 111 Quæ quoad bona ipsorum.
- 112 De eo quod milites à rusticis sua reipub. vitam gratis accipiunt.
- 113 De grauiamine eorundem rusticorum per ipsos milites.
- 114 De his ex hostibus, qui in iusto bello occidi non possunt.
- 115 Quatenus liceat ciuitatem iuste oppugnatam tradere militibus in prædam, & quod tunc non liceat nocere eis, qui ad loca sacra confugiunt.

- 116 Quatenus liceat in iusto bello rebus Ecclesiasticis nocere.
- 117 Explicatio questionis. An extracta de manibus hostium qua driperunt, sint reddenda propriis dominis.
- 118 Explicatio alterius questionis, An capti in bello, fugere liceat.
- 119 Quando captiui possint in bello iniusto exercere actum aliquem ad idem bellum spectantem.
- 120 De expressaliis.

DE bello ex professo tractat Gratianus per totam causam 23. præsertim quæst. 1. 7. 5. & 8. tractant etiam Summularij in verbo, Bellum D. Thom. 2. 2. quæst. 40. & ibid. Caiet. & Bannes, ac Gregor. à Valen. disput. 3. quæst. 16. D. Anton. 3. part. tit. 4. Francisc. à Victoria in relect. de iure belli, Couar. ad regulam, peccatum, de regulis iuris in 6. part. 2. §. 9. 10. 11. Alphonsus à Castro in lib. 2. de iusta hæreticorum punitione cap. 14. & in lib. 3. aduersus hæreses, in verbo Bellum Petr. à Nauar. lib. 2. De restitut. cap. 3. à num. 258. ac Ludouicus Molina in tomo 1. de iustitia & iure, tractatu 2. disput. 98. & aliquot sequentibus. Considerabimus autem bellum ipsum primo secundum se, secundo quoad indicentes illud; tertio quoad milites illud gerentes; & postremo quoad effectus illius.

De bello secundum se.

SECTIO I.

QVÆRITVR I. An liceat gerere bellum. Responso est; bellum non esse sua natura malum, sed licite fieri posse: imo & cum magno merito, vt satis clare ostenditur 23. quæst. 1. cap. Noli existimare, & quatuor sequentibus: contrariumque sentire est hæresis. quam in cit. verbo Bellum refutat Alphonsus à Castro, & post ipsum locis cit. Bannes art. 1. dub. 1. Petrus à Nauar. à num. 249. ad 267. Gregor. à Valen. punct. 1. & Molina disput. 99. Quia inreimmorari nõ est huius instituti: cui sufficit ea plurtquam moralis certitudo quæ habetur ex Sanctorum exemplis, qui bellum in veteri Testamento gesserunt: hoc est, Abrahami, Moysis, Iosue, & aliorum. Itemque ex eo, quod D. Ioannes Baptista Luca 3. militibus de via salutis consilium petentibus non consuluerit militiam deserere, sed neminem cõcutere, & Dominus Matth. 8. Centurionem quæuis dicentem quod haberet sub se milites, laudauerit; & Matth. 22. tributa regibus soluenda dixerit, cum tamen ea exigantur ad gerendum bellum, & pacem conseruandam.

QVÆRITVR 2. quotplex sit bellum. Responso est, duplex esse: vnum offensiuum, alterum defensiuum. Offensiuum vocatur, quando quis prior bello alterum aggredditur. Defensiuum vero, quando quis se defendit contra alium aggressorem. Inter quæ bella discrimen est. Tum quod finis belli defensiuum tantum sit defendere seipsum & suam rempublicam: finis autem belli offensiuum sit, sumere vindictã de altero, vnde & vindicatum dicitur. Tum quod bellum defensiuum sit actio cuiusvis hominis, etiam priuati: cui conceditur ius se defendendi. Bellum vero offensiuum sit hominis fungentis auctoritate publica; siquidem eo ipso quod vnus reipub. homines inferunt iniuriam alteri reipublicæ, neque Princeps ipsorum vult, vel dissimulat satisfactionem reddere: dominus reipub. offensã potest sumere vindictam, seu punire illatas iniurias tanquam verus Iudex in ea causa. Principum enim est nõ tantum defendere suos, contra illos qui inferunt ipsis iniuriam: sed etiam illatas vlsci, iuxta illud ad Rom. 13. Dei minister est vindex in iram ei qui malum agit. & illud 1. Petri 2. Siue Regi quasi præcellentis siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum. Quod etiam ratio confirmat. Nam cum Princeps qui superiorem non recognoscit (de quo tantum principe hic loquimur) debeat in se habere omnia quæ sunt necessaria ad honorem reipub. gubernationem, & defensionem: sit vt iure naturæ Iudex sit eorum qui iniuriam sibi inferunt: atque vt reipub. paci bonoque consulendo, possit scelera eorum hominum crimina reprimere ac superbiam frangere.

86. **QVÆRITVR 3.** quæ sint necessaria vt bellum defensiuum iuste suscipiatur? Responso est, tria esse. Primum, vt is qui bellum infert nolit desistere, etiam rogarus. Ex bello enim tam multa incommoda sequuntur, vt non nisi compellente necessitate, suscipi debeat. Secundum, vt iusta sit causa suscipiendi tale bellum. Quamquam quia ex regula 6. iuris in 6. in pari delicto, vel causa, melior est conditio possidentis, non est necessarium vt ille qui se defendit, certo sciat se iustam causam habere: sed satis est vt cognoscat se non habere causam iniustam: vel si dubitet, vt paratus sit stare determinationi, & arbitrio bonorum virorum. Tertium est, vt bona sit intentio, ex cap. Quid culpatur 23. quæst. 1. Et ratio est: quia bellum suscipi debet vt pax habeatur & respub. defendatur. Si ergo hæc tria adint, bellum est iustum quando defensiuum, non autem quando offensiuum fuerit.

Authoritas vero Superioris non est necessaria in iplo bello defensiuo, vt ex communi Theologorum & Iurisperitorum sententia notat Bannes ad cit. art. 1. dub. 2. conclus. 1. Et ratio est, quia qualibet persona etiam priuata iure naturali potest seipsam defendere, seu vim vi repellere propria autoritate. Id tamen intelligendum est, quando vrget necessitas, nec adiri potest Superior, nam si remp. patitur vt Superior consulatur, expectanda est ipsius autoritas: quam sibi vsurpare nefas est, nisi necessitas excuset.

87. **QVÆRITVR 4.** quanaq. conditiones sint necessariae, vt bellum offensiuum iuste inferatur. Responso est, eas in vniuersum septem esse. Prima est autoritas, ex citat. cap. Quid culpatur, nam cum inferre bellum sit actus Iudicis (spectat enim ad iustitiam vindictiuam institutam ad peccatorum punitionem) necesse est vt is qui bellum infert, habeat ad id autoritatem. De quo in particulari notandum est, quod quando suscipitur bellum pro causa spiritali; nimirum pro fide, aut contra excommunicatos contumaces, possit autoritate Summi Pontificis vel Episcopi loci, bellum geri prout refert ex Hostiensis Syluester Bellum 3. quæst. 1. Quando autem est temporalis causa, ordinarie potestas inferendi bellum (prout Molina in cit. tract. 2. disput. 100. communem Doctorum consensus esse ait aliquot eorum commemoratis) est solum penes eum qui non agnoscit superiorem in temporalibus: id est à cuius iudicio non solet appellari ad superiorem in causis ciuilibus: nam cum tali non habeat in terris superiorem ad quem confugiat, & à quo ius petat, necesse est vt ipsemet tanquam verus Iudex in ea causa iure naturali constitutus, sumat vindictam. Vnde olim cum omnes erant subiecti Romano imperio, nemo poterat alteri inferre bellum sine facultate Imperatoris, vt habetur ex lege 1. Cod. Vt armorum vsus. Nunc vero autoritatem indiciendi bellum habent Reges, Respublicæ & Duces, qui in temporalibus non agnoscunt superiorem ad cuius tribunal debeant recurrere. Attamen quia totum hoc negotium dependet ab humano iure, consuetudo multum potest in contrarium; ita vt si inter eos qui superiorem agnoscunt aliqui ex antiqua consuetudine habeant, quod possint alius bellum inferre, id eis denegandum non sit, prout notat Francisc. à Victoria in relect. De iure belli num. 9. Sed tamen (vt ex Caiet. habet Molina in ead. disput. 100. post medium) id intelligendum est, dummodo tales bona fide fuerint in possessione; quod non est sentendum de iis quos constat rebellando aduersus proprios dominos, autoritatem eam obtinuisse potentia magnitudine.

Secunda conditio, est iusta causa belli, ex cap. Dominus noster, 23. q. 2. de qua dicitur in sequen. sect. quæst. 2.

88. Tertia conditio est, Vt certo aut valde probabiliter constet de huiusmodi causa iusta, adeoq. legitime cognita iudicataque sit. Etenim graue peccatum est, in dubia causa, inferre bellum, vt docent à Victoria de iure belli, num. 27. & alij, quorum meminit Greg. à Valent. 2. disput. 3. quæst. 16. punct. 2. versu Quinto certum est. Et probatur: tum quia neque homo particularis in dubia causa puniendus est; multo ergo minus tota respub. tum etiam, quia in dubia causa potior est conditio possidentis, ex 65.

regula iuris in sexto. Neque vero satis est vt Princeps quocum modo credat se iustam habere causam, alioquin enim excusarentur Turci inferentes bellum Christianis, sed vt iustitia causa diligentissime examinata sit, idque ab illis qui minime ducantur prauis affectibus; propterea quod ex bello plurima sequuntur incommoda: atque homo iustus prauis affectibus cæcitate sapientis solet.

Quamquam tamen quando causa est dubia, is etiam qui pacifice possidet, tenetur, vt in seq. num. 29. habet à Victoria, eam diligenter examinare, & admitendo legationem, audire pacificè rationes alterius partis, si forte possit ex eis certum cognoscere. Nam non censetur aliqui bona fide agere; tanquam recusans intelligere veritatem prout tenetur. Etenim Principes cum sint Indices in suis causis iuxta antedicta, tenentur in dubio ea quæ in contrarium opponuntur examinare. Inique enim agit Iudex qui litigante contra possessorem opponente aliquid, recusat illud examinare. Atque post talem recusationem ab ipso Principe factam, alter Princeps qui bellum ei inferret non omnino certus de iure suo, excusaretur à peccato, tanquam iustam habens causam taliter petendi compensationem aliquam pro iure quod ad Remp. de qua agitur, minus dubium habet, quam ille qui eam possidet. Dico (minus dubium) quia si ius esset æquale, et dubium non posset ratione illius, possessorem bello lacessere: quia in pari causa melior est conditio possidentis. De qua re plenius Bannes ad eundem art. 1. dub. 5.

89. Quarta conditio est, Vt causa belli habeat proportionem cum grauib. incommotis, quæ ex bello ipso sequuntur: in quo non tantum qui sunt ex parte hostium innocentes & Ecclesiastici patiuntur: sed etiam illi ipsi qui bellum inferunt plurima damna sentiunt, adeo vt causa inferendi debeat esse grauiissima, & quæ omnia alia damna compense.

Quinta conditio est, Vt obseruetur iuris forma. Cum enim bellum sit vltimum & extremum remedium aduersus illatas iniurias; antequam ipsum adhibeatur, omnia sunt prius tentanda: videlicet mittendi sunt legati, aut consulendi superiores, siue temporales, siue Ecclesiastici, per quos iusta satisfactio pro illata iniuria obtineatur: aliaque remedia, si qua suppetant vsurpanda; iuxta illud Deuter. 20. Si quando accesseris ad oppugnandam ciuitatem offeres primum ei pacem.

Sexta conditio est, Vt qui inferit bellum habeat rectam intentionem ex cap. Quid culpatur & duobus sequentibus. 23. quæst. 10. Censetur autem recta intentio quando bellum inferitur, non vt aliis noceatur: sed vt iustitia exerceatur. De qua re in particulari plenius Molina disputat. 107.

Septima conditio est, Vt illi qui bellum gerunt non sint persona Ecclesiastica, nam illis interdictum est gerere bellum, 23. quæst. 8. cap. 1. & aliquot sequentibus. De qua re etiam plenius, tum Bannes ad sequentem artic. 2. tum Molina disputat. 108. Sed ad institutum nostrum notare sufficiet, id quod ibidem sub finem hic habet ex communi Doctorum sententia: constitutos in maioribus ordinibus pugnando propriis manibus peccare mortaliter exceptis quatuor casibus.

90. Primus est, quando non possunt aliter propriam vitam conseruare. Secundus, quando id sic necessarium est, quod illis pugnantibus patria aut ciuitas vel exercitus conseruabitur: non pugnantibus vero destruetur, aut capietur. Nam tunc pugnare non solum possunt: sed etiam tenentur iure naturali, cui lex Ecclesiastica nequit praiudicare. Tertius est, quando id omnino necessarium esset ad consecutionem iustæ victoriæ, à qua pax & cõmune bonum Ecclesie pendeat. Quartus, quando id omnino necessarium esset ad defendendam vitam inuocentis, qui rogaret opem sibi ferri aduersus nocentem, qui mortem ei est alioquin illaturus. Nam in tali casu vt & in duobus præcedentibus Clerici iure naturali obligantur pugnare, si possint absque suo notabili periculo.

Irregularitatem vero non incurrit occidendo in talibus casibus: quod idem author tractat disput. 109. Nec item pugnando extra eosdem casus: etiam si inciderint maioribus

ribus ordinibus, nisi occidant, aut mutilent: de quo idem etiam in seq. disput. 100. Quamquam tamen gradu officioque suo sunt priuandi, iuxta cap. Clerici, cap. Quicumque ex Clero, & cap. Quo ausu, 23. quaest. 8. Sique in pugna moriantur, oblationes, & orationes pro eis fieri non debent, ex cap. Quicumque Clericus, 23. quaest. 8. Id quod ex eodem Molina, in preced. disput. 108. proprie quidem locum habet in iis qui initiati sunt maioribus ordinibus: probabiliter tamen idem iudicandum est, *vr ille addit*, de aliis Ecclesiasticis, si beneficiarij fuerint: nisi antea reliquerint beneficia sua; item que de Religiosis professis.

91. Porto magnum discrimen est inter septem memoratas condiciones. Nam si prima earum vel secunda, vel tertia desit, is qui bellum infert, non tantum grauer peccat, sed etiam tenetur refarcire damna omnia quae illata fuerint, tam hostibus quam proprijs subditis. Sin autem quarta tantum aut quinta conditio desit, peccat item qui bellum infert: atque tenetur refarcire damna etiam hostium, quando de dita opera excessit modum in sumenda vindicta; contra illud Deuter. 25. Modus plagarum erit secundum mensuram delicti; aut quando iustam satisfactionem pro illatis iniurijs oblatam recusauit. Qua de re Ban- nes 2. 2. quaest. 40. art. 1. dub. 8. & 10. Subditorum autem suorum damna refarcire tenetur, si ipsos bellum suscipere coegerit: non item, si illud vltro ipsi suscipiant: quia consentienti non fit iniuria De regulis iuris in sexto regula 27.

Iam vero in duobus casibus quinta conditio non est necessaria; vnus est, si vrgeat necessitas, id est, suscipiens bellum non habeat commoditatem sumendi vindictam post interpositam longam moram temporis: qua ratione Abraham statim secutus est hostes suos, non tentatis alijs medijs, Genes. 14. Alter est, si stas constet quod hostes sint omnino pertinaces, nec flectentur praedictis legationibus. Quod si tantum desit sexta, vel septima conditio, peccat quidem qui bellum infert: sed sine obligatione ad restitutionem: quia tunc sibi ipsi non alteri adfert de se nocumentum.

SECTIO II.

De bello quoad indicentes illud.

92. QVÆRITVR PRIMO, Quid facere possit ille, qui cum recognoscat superiorem, & ideo non habeat auctoritatem indicendi bellum, patitur grauem iniuriam, quam possit indicendo bello vindicare. Ad quod respondetur tali suppetere illud remedium, quod assignat a Victoria, De iure belli, nu. 9. inquit: Si sub eodem Rege duae sint ciuitates vel duo principes quorum alter alteri infert iniuriam, Rex que ipse negligit vel non vult eam vlcisci: illum qui iniuriam patitur posse non solum se defendere, sed etiam antedictis conditionibus concurrentibus inferre bellum: quia necessitas licentiam ei & auctoritatem dicit: cum nequeat aliter ius suum tueri: & superior dissimulans, censetur consentire tacite. Qui si expresse dissentiret ob commune totius reipublicae bonum probabiliter, a quo animo esset ferenda iniuria & a bello abstinendum, iuxta illud quod habet idem a Victoria in sequent. numero 33. de bello illicito, ob securura Reipub. incommoda.

93. QVÆRITVR SECVNDO, Quae sint causae, ob quas ille qui habet auctoritatem, iuste potest bellum indicere. Ad quod respondendum est: in genere quidem (prout a Victoria De iure belli num. 13. habet, & probatur ex cap. Dominus noster 23. quaest. 2.) esse iniuriam: non tantum eam, quae est cum peccato; vt pote quae scienter damnatum illatum est; aut alienum occupatur iniuste: sed etiam interdum eam quae est sine peccato; vt cum res aliena detinetur quidem sed probabiliter putatur esse propria; vt contigit Chananais, qui ignorarunt a Deo datam esse filiis Israel terram ipsorum possidendam. De qua re plenius Molina De iust. & iure, to. 1. tract. 2. disput. 102.

In particulari autem multas esse tales causas, sicut multi sunt modi quibus iniuria inferatur. Aliquot referunt Alphonsus a Castro, in lib. 2. De iusta heretic. punitione, cap. 14. &

post ipsum Molina, in seq. disp. 104. vt & Couar. ad regulam Peccatum, par. 2. §. 9. num. 2. 3. & 4.

Tredicim autem sunt, quae sacrae Scripturae testimonio illustrantur. Prima est infidelitas, qua Deo inferitur iniuria. Ad cuius causae illustrationem factum, quod Exodi 34. ver. 12. & Deuter. cap. 7. ver. 2. & cap. 12. ver. 2. iussi sunt filij Israel interficere deos, & bello exterminare. Sed notandum est, quod nunc temporis non liceat ob meram infidelitatem bellum alijs inferre, ipsorumque bona occupare; vt habent a Victoria in relect. De Indis sect. 1. num. 19. & sect. 2. num. 15. & Couar. ad Regul. Peccatum, par. 2. §. 10. num. 4. & 5. ac post vtrumque Molina in cit. tract. 2. disput. 106. Probaturque primo, quia infideles qui nunquam fidem susceperunt, non possunt cogi ad fidem suscipiendam. Secundo, quia infideles principes habent verum dominium: nam Romani tempore Apostolorum erant infideles, quibus tamen obtemperandum esse docet Apostolus ad Rom. 13. Denique peccatum infidelitatis est contra solum Deum. Illa autem peccata quae sunt contra solum Deum relinquuntur diuinae vltioni. Nam si haec bello vindicari possent, potius malis Christianis quam infidelibus esset inferendum bellum: quia grauius peccant: vt intelligitur ex cap. 10. ver. 28. & 29. & cap. 12. ver. 25. epist. ad Hebr. suntque causa cur blasphemetur inter gentes nomen Dei ad Rom. 2.

Attamen septem sunt casus in quibus licitum est inferre bellum infidelibus, non quidem ob solam infidelitatem, sed ob aliquam circumstantiam ei annexam. Primus est, quando infideles possident terras quae olim erant Christianorum: quo titulo Christiani inferunt bellum Turcis. Secundus, quando infideles inferunt iniurias Christianis, vt ipsi Turcae solent. Tertius, quando abducunt Christianos a vera religione; quae causa assignatur in Deuteronomio locis citatis. Quartus, quando infideles impediunt liberam praedicationem Euangelij. Potest enim tunc inferri illis bellum auctoritate Ecclesiae; quae cum a Christo potestatem accepit praedicandi Euangelium per totum orbem terrarum, Matth. vlt. & Marc. vlt. is qui praedicationem eiusmodi impedit, infert Ecclesiae iniuriam, quae bello propulsa potest. Qua de re pluribus a Victor. in relect. De Indis, sect. 3. nu. 9. & aliquot sequentibus. Quae in re immorari non est necessarium ad nostrum institutum. Quintus casus, quando infideles qui Principi Christiano subiungunt, leges ipsi ab eo praescriptas legi naturae consentaneas, obseruare nolunt. Sextus, quando Princeps infidelis, nulli fideli subditus committit peccata quae non tantum sunt contra Deum, sed etiam contra proximum. Tunc enim Princeps Christianus potest ei bellum indicere, si admonitus nolit desistere: quod a Victoria ibid. num. 15. annotat.

Vbi obseruandum est, quod quamuis peccata ea quae sunt contra solum Deum (vt infidelitas, idololatria, & similia) iudicio diuino relinquuntur: ea tamen quae sunt contra iustitiam & detrimentum adferunt proximo, posse ab alijs Principibus impediri. Nam vt illimet qui iniuriam patiuntur, possunt iuste se defendere, ita etiam qui ius potest, & dum necessitas vrget, tenetur illis succurrere, iuxta illud Ecclesiastici 7. Vnicuique mandauit illis de proximo. & illud Proverb. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses. Itaque si Princeps infidelis constitueret vt homines, etiam inuiti sacrificet idolis, potest ob tale crimen bellum ei inferri, etiam si ille qui iniuriam patitur auxilium non petat tunc expresse, quia licet etiam inuitum ab iniusta morte eripere. De qua re Molina in memorata disput. 106. concludit. Septimus casus est, quando Deus alicui Regi aut populo reuelat se velle infidelium peccata vlcisci ea ratione, prout factum est cum ex lib. 1. Regum cap. 15. Saul Dei iussu bellum Amalecitis intulit.

Secunda causa propter quam potest bellum indicere haereticis, seu recessus a fide, veroque Dei cultu. Nam olim Deus Deuter. 13. filiis Israel praecipit vt ciuitatem quae in tale crimen incurrisset bello deleterent, & ita vniuersi ipsi filij Israel voluerunt bellum inferre filiis Ruben, & Gad, quod existimassent ipsos recessisse a fide ex cap. 22. Iosue.

Hanc etiam causam probant Patres relati 23. quæst. 4. cap. Displacet, & multis sequentibus. Ratio vero est, quia hæresis grauiissima damna toti Reipublicæ adfert. In qua tamen re obseruandus est ordo iuris: nec enim potest hæreticis bellum inferri nisi ab Ecclesia declarentur hæretici, ex cap. Cum secundum leges, De hæreticis in 6. Post declarationem autem potest quiuis Princeps Catholicus suis subditis per iurisdictionem quam in eos habet inferre bellum, & bona ipsorum occupare.

96. Tertia causa est, quando negatur aliquid quod iure naturæ debetur; ob hanc causam populus Israeliticus bellum intulit Amorrhæis, qui illis negabant innoxium transitum cap. 21. Numerorum: quem locum ita accepit D. Augustinus, relatus 23. quæst. 2. cap. finali. Quarta causa, quando terræ vel regna quæ iniuste ab alio possidentur. Ob quæ causam Dauid intulit bellum Isobese filio Saul, 2. Reg. cap. 2. Quinta causa, quando populus iniuste opprimitur seruitute, vel aliis iniuriis. Ob quam causam bella multa gesta sunt ab Israelitis contra Philistæos: vt patet ex libris Iudicum, & Regum. Sexta causa, quando populus præbet auxilium inimicis qui gerunt iniustum bellum. Nam ob hæc causam Dauid intulit bellum Syris, eo quod filius Ammon opem contra ipsum tulissent, ex 2. Reg. cap. 8. & 10. Septima causa, quando legati alicuius Principis afficiuntur magna contumelia. Ob quam causam Dauid bellum intulit filiis Ammon, ex eod. cap. 10. Octaua causa, cum quis seditionem mouet vel rebellionem contra Principem. Ita Dauid intulit bellum Sebae ex lib. 2. Regum cap. 20. Nona causa, cum quis defendit hominem sceleratum, qui iuste petitur ad supplicium. Ob quam causam vniuersi filij Israel intulerunt bellum tribui Benjamin ex lib. Iudicum cap. 20. Decima causa, quando Princeps, & populus non stat pactis vel pollicitis. Quam ob causam Moabitæ Reges Israel & Iuda intulerunt bellum, quos Propheta Eliseus iuuu; ex lib. 4. Regum cap. 3. Vndecima causa, defensio amicorum, & liberatio eorum ex captiuitate, vel aliis angustiis, quemad. Gen. 14. Abraham bello liberauit Loth, & alios captiuos. Duodecima causa esse potest, cædes alicuius viri qui in magna potestate erat, & præsertim si Principi sanguine iunctus fuit. Ita 1. Machab. cap. 9. Simon & Ionatas Machabæi, vti sunt bello cædem fratris sui Ioannis. Decimatercia causa, quando populus confederatus, & amicus habet iustam causam inferendi bellum. Potest enim alter populus amicum populum in tali bello iuuare, quemadmodum ex lib. 4. Regum cap. 3. filij Iuda iuuauerunt filios Israel.

97. QUÆRITUR TERTIO, An gloria, dilatatio imperij, auralia regni utilitas censenda sit Principi esse iusta causa indicendi bellum. Responso est: quod cum non liceat nocere vni particulari propter propriam commoditatem, multo minus licere toti Reip. Deinde, vt bene ait Franciscus à Victoria in relect. De iure belli, num. 11. alias causa æque iusta esset ex vtraque parte belligerentium: sicque omnes essent innocentes, ideoque non liceret eos occidere: & ita gerendum esset iustum bellum, in quo occidere non liceret; quod absurdum est.

98. QUÆRITUR QUARTO, An bellum possit esse vtrique iustum. Responso est, semota ignorantia non posse; posita autem ignorantia probabili, bellum esse posse vtrique iustum. Poni autem potest talis ignorantia non modo ex parte militum, quod frequenter contingit, sed etiam ex parte Principis: qui licet reuera habeat causam iniustam, probabiliter tamen existimare potest se habere iustam; vt quando homines eruditi & boni quos consulit, respondent ipsam iustam habere. Ita à Victoria in relect. De iure belli, num. 32. & Couar. ad Reg. Peccatum par. 2. §. 10. num. 6.

QUÆRITUR QUINTO, An licitum sit Principi, vt in infidiis in bello iusto. Respondendum est, licitum esse, dummodo absint mendacia, ex cap. Dominus noster, 23. quæst. 2. Idem habet D. Thom. 2. 2. q. 40. art. 5. Et confirmatur tum ex cap. 8. Iosue vbi Deus præcepit vt in infidiis in bello; tum ex eo, quod in talibus infidiis, nihil affirmetur, aut negetur; & proinde absit mendacium, sicut & in facto Christi, cum finxit se longius ire, Lucae vlt.

QUÆRITUR SEXTO, An Princeps possit bello certare quouis tempore. Responso est, tempore treugæ seu induciarum, non posse inferre bellum. Nam & hosti feruanda est fides, 23. q. 1. cap. Noli existimare De qua te agens Molina, in cit. tract. 2. disput. 111. notat non habere locum primo, cum hostis fidem ipsam non seruat: quia potum semper habet illam conditionem tacitam, modo tu vicissim omnia illa serues. Secundo, cum promissum ex obiecto iniquum est & malum: quia in malis promissis non expedit fidem seruare ex 59. Reg. turis in 6. Tertio, cum constat promissum iniuste exigi & accipi ab hoste, neque ipsum confirmatum est iuramento. Quod si de iniustitia non constat, seruandum est quia nihil datur, quod excuset ab obseruatione. Similiter si confirmatum sit iuramento; propter intuiolum scilicet testimonium Dei, ex cap. Debitores de iure iurando.

Quous autem alio tempore extra iam dictum induciarum, si vel vrget necessitas, vel affertur opportunitas rei bene gerende, potest geri bellum, vt habetur 23. quæst. 8. cap. Si nulla. Abstinentum est tamen à bello in die festo, si non sit causa tunc gerendi, ex D. Thoma, in cit. quæst. 40. art. 4. Quanquam non est mortale peccatum, tunc bellare, vt ibid. notat Caiet. Quod intellige, dummodo Missæ sacrum ante iniatur habita commoditate, prout notat Molina in cit. disput. 111. volens idem esse de hære iudicandum, ac de hære ludio, quod sit die festo. Ceterum olim quidem prohibitum erat bellum gerere ab Aduentu vsque ad Octauas Epiphaniæ, & à Septuagesima vsque ad octauas Paschæ, vt constat ex cap. 1. De treuga & pace. Sed Canon ille iam non est in vtu, vt notat ibidem glossa, ad verbum frangere.

QUÆRITUR SEPTIMO, An liceat Principi Christiano petere auxilium ab infideli. Ad quod respondendum est tribus propositionibus. Prima est, licitum esse etiam in toto fœdere societatis armorum, petere auxilium ab infidelibus contra alios infideles, quemadmodum petierunt Machabæi à Romanis 1. Machab. cap. 8. 12. & 15. Secunda est, Petere auxilium ab infidelibus contra Christianos in iusto bello non esse malum ex se. Ita existimat Lyranus lib. 1. Regum, cap. 28. ad versum 4. Et ratio docet: quia si liceat vni particulari cum affligitur petere auxilium ab infideli, multo magis licet toti Reipublicæ. Tertia est, Tale quid nihilominus ob circumstantias, hoc est ratione scandali & damnorum: esse vt plurimum graue peccatum. Hæc probatur: quia solent multum scandalizari infideles à quibus petitur tale auxilium. Præterea ipsi plurimum nocent religioni Christianæ, dum fideles abducunt captiuos, eosque apostatate faciunt; vel illos prauis suis motibus verbo & exemplo inflectunt. Item sæpe plus, aut saltem tantum nocent illis à quibus vocantur in auxilium, quam hostibus.

QUÆRITUR OCTAVO, An Princeps teneatur desistere à bello, & acceptare iustam satisfactionem oblatam. Responso est: duo hac in re esse certa; alterum, quod Princeps teneatur acceptare satisfactionem, si offeratur æquam inceptum sit bellum. Alterum est, quod non teneatur acceptare satisfactionem, si tunc, atne alter postea perturbet, nec seruet pacem, vt notat glossa ad cap. Noli existimare, 23. quæst. 1.

Dubium autem esse, quando non timetur futura perturbatio & offeratur satisfactio post inceptum bellum. De quo sententia est, Caietani in verbo Bellum: quod Princeps non teneatur à bello desistere, post ipsum inceptum: quia iudexcepta causa non tenetur desistere à punitione Rei, quantumuis satisfactio offerat. Sed contrarium tenendum est, iuxta memoratum cap. Noli existimare: cuius hæc sunt verba. Itaque hostem pugnantem necessitas deprimat non voluntas; sicut bellanti, & resistenti violentia redditur: ita victori capto misericordia iam debetur, maxime in quo pacis perturbatio non timetur. Ex quibus verbis satis patet eam misericordiam deberi hosti; vt si offerat satisfactionem iustam, cessatur à bello, cum id fieri potest sine noua perturbationis periculo. Deinde vt argumentatur Molina sub finem præced. disput. 103. ab eo momento temporis quo offertur sufficiens satisfactio,

cessat

cessat iniuria aduersariorum: ita ut Princeps pro iniuria præterita iustum bellum gerens, nihil possit amplius licite exequi quam ea ipsa accipere quæ in iustam satisfactionem ei offeruntur.

Argumentum vero Caietani propterea non concludit: quia triplex est discrimen inter punitionem vnius particularis, & bellum. Primo enim, qui punit particulam hominem, est Iudex ipsius ordinarius: ideoque non tenetur desistere; qui autem bello punit, Iudex est extraordinarius, ratione tantummodo iniuriæ. Quare hac per oblatam iustam satisfactionem cessante, cessat iusta causa belli, & per consequens bellum ipsum nequit iustum esse. Secundo, quando vnus particularis punitur, solus reus patitur: in bello autem, non patitur solum rei, sed multi alij innocentes; & sæpe ob peccatum solius Principis patitur totus populus. Tertio, quod quando punitur vnus particularis id fit sine præiudicio, & damno punientium, sed quando infertur bellum, non tantum patiuntur hostes, sed etiam illi qui contra ipsos bellum gerunt. Vnde Princeps si non propter hostes, saltem propter suos, debet acceptare satisfactionem.

102. Caterum circa compositionem quam Princeps facit cum hostibus quoad damna quæuis illata subditis suis, notandum est cum Molina, *De iust. & iure, to. 1. tract. 2. disputat. 123.* si ea fiat cum libero consensu ipsorum subditorum, standum ei esse omnino; non item si fiat sine tali consensu: quia tunc Princeps ipse tenetur talia damna resarcire, quorum iniusta causa fuit, gerendo bellum iniustum: nisi iidem subditi consensu iniustitiam belli, sponte nec imperio coacti ipsum comitati essent in tali bello: quo casu deberent sibi talia damna imputare. Imo etiam si gesserint iustum bellum, aut quod probabiliter putauerint iustum esse, similiter Princeps tenetur damna resarcire quæ acceperint: cum debeat ius dicere subditis, ac cogere aduersarios ad reparandas iniurias ipsi illatas: quas condonando censeretur detrimentum eisdem adferre, quod compensare teneatur; nisi aliud exigat Reipublicæ necessitas propter quæ particulares detrimentum pati teneantur. Adde quod ibid. concl. 5. & 6. memoratus auctor habet: aduersarios qui scienter iniustum bellum gesserunt, per compositionem non liberari in foro conscientie ab obligatione, resarciendi damna quæ intulerunt: quoniam illa solum ad redimendam vexationem, nec libere facta est; perinde ac si collitiganti litem iniustam se habere scienti, des aliquid ut ab ea desistat. Secus esset autem si incerta esset iniustitia belli; quia tunc pactum non iniretur simpliciter ad redimendam vexationem iniustam, sed ad definiendum ius tunc ambiguum.

SECTIO III.

De bello quo ad milites illud gerentes.

103. **Q**UÆRITUR PRIMO, An milites possint proficisci ad bellum in causa dubia. Responsio est: milites qui sub sunt alicui Principi, aut qui accipiunt stipendium tam pacis tempore, quam belli (*cum hi tanquam famuli reputentur mercede conditi*) posse proficisci in causa dubia, & tamen manere in bello, quamdiu illis non constiterit certo, bellum esse iniustum: etiam si Dominus, seu Princeps sit infidelis. Hanc esse communem Doctorum sententiam aliquot in eam citatis notat Molina in eod. tract. disput. 113. quæ habetur expresse ex D. Augustino in cap. Quid culpatur, 23. quæst. 1. Itaque si Princeps id illis præcipiat, tenentur obedire, quia semper obediendum est Superiori nisi constiterit peccatum esse quod præcipit. Accedit quod neque expediat, neque fieri possit ut omnibus de plebe reddatur ratio publicorum negotiorum: neque hi sufficientes sint ad ea examinanda, aut etiam percipienda: itemque deceat perfectum obedientem non disputare, sed recta de suo Superiore præsumere: quando neque rumor, neque indicia sunt de iniustitia belli. Quod addo: quia si hæc adsint, ipsa suadent non debere subditos committere se Principis definitioni: sed debere aliunde inquirere de veritate, quantum quisque commode poterit, ne ignorantia ipsorum censeatur affectata, neque a peccato excusetur.

Ad quod facit quod non excusentur milites Turcæ gerentes bellum contra Christianos, à quibus nulla iniuria affecti sunt: nec item milites Pilati qui ex ipsius mandato Christum crucifixerunt.

Alij autem milites puta amici, consanguinei, stipendiarij externi, non possunt proficisci ad bellum in causa dubia, ex communi quoque Doctorum sententia, ut aliquot ex eis citatis habet Molina in seq. disput. 114. Qui recte infert, grauius peccare & in statu damnationis esse, nec absolui debere illos, qui parati sunt in quacumque causa pugnare, siue iusta, siue iniusta. Ratio est, quia sine isto titulo se exponunt periculo inferendi grauissimam iniuriam aduersariis, eos priuando vita, & bonis quibus iuste potiuntur. Quod si talium aliquis innixus fundamento ad moralem certitudinem sufficienti credat causam belli esse iustam, potest ad illud proficisci, etiam si non sit penitus certus: quia laborabit probabili ignorantia quæ excusetur a peccato.

QUÆRITUR SECUNDO, Quid debeant facere milites qui ignorantur pugnauerunt in causa belli iniusti. Respondendum est: quamdiu ignorant iniustitiam causæ nihil debere facere, si probabilis sit eorum ignorantia, seu quæ adhibita morali diligentia vinci non potuerit præsertim si sint secuti principem cuius sunt subditi. Itaque non tenentur restituere ea quæ consumpserunt bona fide, neque resarcire damna quæ intulerunt. Vbi autem scierint bellum esse iniustum debent ab eo desistere, ac restituere ea quæ ex hostium spoliis apud se adhuc habent, ea in quibus facti sunt locupletiores. Qui autem subditi non sunt dubitantes de belli iniustitia, si postea constat bellum iniustum esse, ad nullam restitutionem tenentur, cum nec Princeps quem iuuerunt, ad illam tunc teneatur. Sin constet de iniustitia, vel de ea dubitetur, iidem tenentur restituere, principis, qui est causa præcipua damni illati, non restituerunt.

Sicigitur prout habet Molina disput. 114. si Princeps ipse iniustum bellum gerens per inuincibilem ignorantiam excusetur à culpa, prædicti restituere debent (ob malam scilicet fidem ipsorum quam dicta ignorantia non purgat) omnia damna quæ ipsi mererint, vel quæ data non essent nisi auxilium tulissent. Sin idem Princeps fuerit dubius de iustitia belli, quando illud intulit, de eo que constet talibus, qui auxilium tulerunt: iidem omnia damna aduersariis illata, resarcire tenentur in defectum eiusdem Principis non resarcientis. Namque cooperatores tenentur restitutione supplere defectum præcipui agentis, ut latius tractatum est in præced. lib. 10. cap. 9. & 10. Quod si non constet quæ conscientia Princeps bellum intulerit, neque ille restituat: dicunt cooperatores tenentur malorum quæ intulerunt partem maiorem, vel minorem restituere prudentis arbitrio pro quantitate dubij seu verisimilitudinis maioris, vel minoris, quod bellum fuerit iniustum. Nam si fuisse constaret ad nihil tenentur, si constaret fuisse iniustum, teneantur ad totum. Quare si id dubium sit, tenentur ad quantitatem maiorem, vel minorem, secundum quantitatem dubij.

QUÆRITUR TERTIO, An milites iustum bellum gerentes peccent, & teneantur ad restitutionem, si hostibus noceant sine legitima autoritate. Cui quæstioni ut satisfiat notandum est in hac re id censei factum contra legitimam autoritatem, quod fuerit factum contra expressam, aut præsumptam voluntatem supremi Principis indicentis bellum: aut ducum quos ipse bello præfecerit. Expressam autem voluntatem censei, quando est expresse declarata: præsumptam vero quando non est quidem expresse declarata, probabiliter tamen creditur, quod tale quid Principi ipsi factum sit gratum, & ratum habeat: de qua re non potest certa regula dari, sed relinquitur prudenti iudicandum ex circumstantiis, ut monet Molina De iust. & iure, tomo 1. tract. 2. disput. 101. cum quo proponit quæstioni satisfaciemus per sequentes conclusiones.

Prima est: Si causa propter quam Princeps negat militibus autoritatem pro arbitrio nocendi hostibus, sit quia æquitas, aut iustitia belli, vel pietas Christiana id

postu-

postulat; tunc milites mortaliter peccare nocendo sine authoritate; & teneri ad restitutionem damni illati. Hæc patet, quia tunc manifesta iniustitia committitur. Per ignorantiam tamen probabilem excusantur à peccato & à restitutione eorum quæ consumperunt bona fide. Secunda est, si dicta negotio authoritatis fiat, non quidem ut damnum non inferatur hostibus: sed solum ut disciplina militaris seruetur: tunc milites peccare quidem nocendo, sed non teneri ad restitutionem. Ratio est, quia voluntati Principis contravenitur quidem tale damnum inferendo, nõ tamen illatum non refarciendo: probabiliter enim præsumitur gratum ei esse hostium damnum, licet inobedientia militis displiceat. Tertia est, si Princeps neget militibus authoritatem nocendi hostibus, ne hi læssiti longe maiora inferant, quamuis illi peccent inferendo, nõ tenentur tamen ad restitutionem illatorum. Huius conclusionis eadem est ratio quæ secunda præcedentis.

Aduerte vero, quod si per restitutionem sedandi essent hostes, & impediendi ne ditioni Principis damna inferrent, ea esset ex obligatione faciendi: quia tunc merito præsumetur talis esse voluntas Principis. Adde etiam quod teneantur restituere damna ipsa ab hostibus illata, quorum fuerunt causa iniusta. Porro quando tales inoedientia militum sint, peccata mortalia, iudicandum est ex periculo poenæ cui illi se exponunt, & ex periculo damni iniusti quod alijs, & bono publico inde imminet; itemque ex ipsa qualitate rei, aut ex præcepto Principis id seuerè vetantis, aut valde ægrè tolerantis.

106. **QVÆRITVR 4.** Vtrum licitum sit militib. euidentissimo mortis periculo exponere se in bello Responso est: non esse quidem consultum, Princeps vel alius vir, ex quo multa dependet, se huiusmodi periculo exponat; alios tamen milites licite posse cuiusque periculo se exponere in iusta causa. Ratio est: quia ob id laudatur Eleazarus in 1. lib. Machab. cap. 6. Videri potest Couar. in lib. 1. var. resolut. cap. 2. n. 10. vers. 9. ac notari ex Molina in seq. disput. 116. quod sicut Princeps tenetur soluere militi stipendium, ita militem vicissim pro stipendio, etiam cum vitæ periculo, teneri sub mortali seruatione stationem, & præstare quod commissum sibi fuerit cum obligatione restituendi damna secuta ex omissione eius, ad quod ita tenebatur. Ratio est: quia mutus contractus inter Principem, & militem interuenit, ut ille soluat stipendium, & hic pro stipendio militet ad mandatum illius.

At tamen quando nulla est spes præualendi seu resistendi hosti, non tenetur miles frustra expectare mortem; quoniam necesse est ad strinxit, nec tutam conscientiam potuit se adstringere. Ad hæc, etiam si Principi liberum sit milites dimittere quando ei libererit, non est tamen liberum vicissim militibus discedere quando voluerint: quoniam ea lege, pactove tacito conueniuntur ad militiam, ut integrum relinquatur Principi eos dimittere quando eis non indigerit; ipsis vero non liceat recedere sine facultate.

107. **QVÆRITVR 5.** An Clerici possint ad bellum proficisci. Respondendum est posse: ac etiam teneri, necessitas plane urgeat præsertim in causa pia ac spectante ad religionem, si quia ratio id exposcit. Extra casum necessitatis vero, Clericum non debere ad bellum ire, ut pugnet propria manu, prout D. Thomas docet 2. 2. quæst. 40. art. 2. Imo vero debet Episcopus alios inducere ad pacem & concordiam, ut habeatur De treuga & pace, cap. 1. Sed nec vllus Clericus arma gestare debet, & gestans excommunicandus est, ex cap. 2. De vita & honest. Clericorum. Quod tamen non habet locum, si ei transeundum sit per loca periculosa, ut notat ibidem glossa verbo Clerici arma. Adde, quod si ter admonitus non desistat ab armis ferendis, priuilegium Canonis excommunicantis Clerici percussorem, perdat ipso facto, ex cap. In audientia, De sententia excommunic. Porro Prælati Ecclesiastici in pia causa, non tantum potest eum necessitas urget, potestatem dare suis, ut bellum gerant, prout prædictum est: sed etiam exhortari laicos ad illud suscipiendum, iuxta cap. Hortatus, 23. quæst. 8. Possunt quoque Clerici ad bellum proficisci ut spiritualiter, hoc est, p[er] cohortationibus, & Sacramentorum administratione subueniant militibus pugnantibus in iusta causa.

SECTIO IV.

De effectibus belli.

QVÆRITVR 1. An tempore belli licitum sit inferre hostibus damna tam in rebus, quam in personis. Ad quod respondetur sequentibus propositionibus.

108. Prima: Quando bellum est iniustum, illi qui damna inferunt non tantum peccant, sed etiam tenentur ad restitutionem. Ratio: est quia id faciunt contra iustitiam, & ideo in tali bello versari, valde periculosum est.

Secunda: Circa amicos & ciues in bello iusto, obseruanda est regula D. Ioannis Baptistæ Luca 3. Neminem concutatis, neque calumniam faciatis, sed contenti estote stipendijs vestris. Vnde sequitur, grauius peccare eos qui plura, aut tanta amicos damna inferunt, quanta inimicis.

Tertia: Circa hostes in bello iusto possunt omnia fieri, quæ ad defensionem propriam, bonique communis securitatem conseruandam iudicata fuerint necessaria: ut arces eorum dirui, propugnacula propria in terris ipsorum extrui, auferri ab illis arma & cætera belli adiuuenta. Hanc à Victor. in velle de iure belli num. 18. (& post eum Molina in eod. tract. 2. disp. 117. concl. 1.) probat: quia finis belli est pax & securitas, ex cap. Noli, & cap. Apud veros, 23. quæstio. 1. Ergo quæ sine fraude & dolo iudicata fuerint ad eam necessaria, possunt dari sine peccato, ea ab hostibus in iusto bello licet exigere. Addunt vero recte eisdem, quod cessante ea necessitate (ita nimirum ut nihil ab hostibus sit amplius timendum) restituenda sunt quæ ad securitatem conseruandam occupata fuerint de bonis hostium.

Quarta: In bello iusto nocentes hostes, qui vel gerunt arma vel gerentibus præbent auxilium, lædi possunt, non tantum in bonis, sed etiam in personis. In bello enim iusto non tantum fas est occupare omnia ea quæ ad nos pertinent, sed etiam accipere de bonis hostium compensationem damnorum omnium que intulerunt; necnon impensarum: hoc nomine intelligendo sumptus belli, & iustam mercedem pro laboribus quos subierunt, & pro periculis quibus se exposuerunt. Item fas est sumere de hostibus iustam vindictam pro delictorum quantitate, & qualitate: etiam plectendo capite si fuerit opus, aut alias poenas imponendo: ut tributa, & cætera id genus. Nam Princeps iustum bellum gerens, rationem habet iudicis; qui in hostem malefactorem potest iustam penam animaduere. Videri potest Molina in cit. disput. 117. concl. 2.

109. Quinta propositio, quam idem Molina consequenter subiungit, est: Si in bello etiam iusto vsurpetur aliquid amplius, quam quæ notata sunt duabus præcedentibus propositionibus, ita ut vel poena excedat culpam, vel recompensatio excedat quantitatem damnorum, earumque rerum quæ ad iuste bellantes pertinent; obligationem esse ad restitutionem, nam nullus est iustus titulus quo possit excessus ille accipi & retineri. Vnde non licet Principi (quod attigit à Victor. in velle. posteriore de iure belli, numero 56.) occupare totum regnum eius qui vnâ tantum, vel alteram ciuitatem ipsius occupauit: nisi forte pax alia ratione conseruari nequeat. Quamquam iure generum de mobilibus bonis, specialis ratio est: nimirum ut fiant capientium quantumuis excedant compensationem damnorum. In quorum bonorum numero ponuntur homines, qui fiunt mancipia capientium: nisi tam capientes quam capti, sint Christiani: quoniam consuetudo est in contrarium: captiue ita retinentur, ut accepta aliqua pecuniâ quasi in capientium præmium, facile dimittantur. De qua re in sequent. concl. 4. Molina plures alios citans.

110. Sexta propositio est. Non debent innocentes in bello, quantumuis iusto, directe & ex intentione interfici: quæ est communis Doctorum sententia, ut notat idem Molina disput. 119. concl. 1. aliquot eorum citans, & confirmatur per illud Exodi vigesimotertio. Inscntem & iustum nõ occides. Vide tradita in præced. cap. 3. Cæterum innocentes vocantur ex parte hostium, pueri, mulieres, & si qui sunt alij non ferentes arma. Vnde in Deuter. cap. 20. de ciuitate rebelli datur hæc lex: Percuties omne quod in ea generis masculini est absque mulieribus & infantibus. Nam si mulieres quoque; nõ

centes essent, & viros in bello iuarent possent, *presertim ad ulte*, cum eis trucidari, vt post Francisc. à Victoria memoratus author habet.

Septima propositio: Possunt innocentes ex parte hostiū interfici indirecte, & præter intentionem, id est, quando illi qui eos interficiunt optarent quidem ipsos fieri saluos si fieri posset; tamen quia non possunt interfici nocentes, vel certe obtineri victoria nisi interficiantur innocentes, hos interficiunt ex necessitate quadam, vt fieri solet quando tormentis bellicis oppugnatur ciuitas, vel ignis supponitur turri acētis cuniculis ad eam euertendam, vel mittuntur globi in triremus Turcarum, in quibus pleriq; Christiani habentur captiui, cum ipsis Turcis submergendis. Hanc quoq; esse communem Doctorum sententiam Molina notat in seq. concl. 2. Et confirmatur: quoniam non posset alioqui geri bellum iustum aduersus nocentes, periretque iustitia eorum qui iustam causam haberent cum magno detrimento boni communis. Id quod iam attigimus in memorato cap. 3. dubio 1.

III.

Octaua propositio. Innocentes qui sunt partes reip. hostium (non item hospites & peregrini cum de eorundem hostium numero nullatenus esse censeantur) possunt duci in captiuitatem, & qui aduersus eos iustum bellum gerunt, possunt bona ipsorum deprædare, eaq; sibi retinere, dummodo, *iuxta præced. quintam propositionem*, non excedatur summa bonorum quæ sufficiunt ad damnorum compensationem. Ratio huius est: quia tota reip. reputatur hostis; fasq; est eam in omnibus suis membris prout partes illius sunt, punire quoad bona fortunæ. Hæc enim de causa fas est imponere tali reip. tributum soluendum ab omnibus ipsius partibus: imo & ab omnibus successoribus, prout futuri sunt eiusdem reip. partes: quantumuis cooperati non sint delicto illius. Qua de re post Franciscum à Victor. in relect. de iure belli, numero 40. 41. & 42. Molina disputat. 120. & 121.

Sed nota quædam esse personarum genera quæ eximuntur; & quarum bona prædari etiam in bello iusto non licet. Atq; varia quidem olim ea erant, vt videre est, 24. quæst. 3. cap. Quique, & trib. sequentibus, & De treuga, & pace ca. 2. Sed quia canones ij iam fere abrogati sunt per contrariam consuetudinem (quod notat Caiet. in verbo Bellum, ver. 4.) in talium exemptorum numero ponuntur (*idq; iure gentium*) solilegati qui mittuntur ab hostibus: deinde Ecclesiastici, tanquam segregati à reliquo populo in sortem & ministeriū Domini, vt *ibid. Caiet. unus habet*; & demum peregrini. Attamen si tales quoq; personæ pugnauerint cum hostibus, vel eos iuuerint, perdunt illud suum priuilegium: quia tunc hostes, & fontes, non innocentes, censentur: sicut ex aduerso (quod notat Molina sub sinem citata questionis 121.) ciues illi qui sequuntur partes eius qui iustum bellum gerit, aduersanturq; quodammodo cæteris de republica sua, quæ parere nō vult, nō sunt reputandi hostes, nec habendi partes eiusdem reip. quæ repugnavit.

Nona propositio: Fas est innocentes quoscunque spoliare ijs bonis & rebus quibus possunt opulari hostibus ad bellum sustinendum. Quod est, fas esse sumere arma ipsorum, naues, frumentum, equos, & id genus alia; necnon deuastare agros quantum iudicatum fuerit expedire ad hostium vires minuendas ipsosq; superandos. Hanc post Franciscum à Victoria in eadem relect. de iure belli num. 39. habet Molina initio disput. 121. Et confirmat quia si fas est indirecte & præter intentionem interficere innocentes, quando id postulat status belli, expedireq; iudicatur ad victoriam obtinendam: sane longe maiori ratione fas erit efficere omnia ea quæ commemorata sunt, quando belli status id postulat, & hostes possunt ex talibus sumere, vel conseruare vires ad bellum sustinendum.

Addit autem Molina ibidem conclus. 2. quod si eiusmodi bona (quamuis fuerint Ecclesiasticorum, aut peregrinorum innocentium) essent deuastata secundum belli indigentiam, ij qui iustum bellum gerunt non teneantur ad restitutionem, nisi facti sint ex illis locupletiores. Neq; enim tenentur ratione rei acceptæ, quæ periit, & ex qua non sunt facti locupletiores, vt *supponimus*: neque ratione iniustæ acceptionis, cum in tali deuastatione nulla interuenit deuastantis cul-

pa. Addit adhuc idem Molina in eadem conclusione, illos ex quorum parte bellum est iniustum, quoniam fuerunt in causa vt aduersarij damna illa darent, teneri ea dictis innocentibus restituere. Iam si peracto bello aliqua talium bonorum manserint, vel si gerentes iustum bellum, cum scient innocentium esse, illa in vsus suos quacunque ratione consumplerint, vel ea plus destruxerint quam belli status postulare, teneantur eadem proprijs dominis restituere. Quod ipse Molina in sequent. conclus. 3. probat: quia dominium talium bonorum est eorundem innocentium, aduersus quos illi qui iustum bellum gerunt, nullum ius habent, cum illi non censeantur partes reip. quæ iuste impugnatur.

QUÆRITUR 2. vtrum possunt milites à rusticis eiusdem reip. gratis accipere victum. Ad quod respondent Caiet. in verbo Bellum sub sinem, quem Armilla sequitur in eadem verbo, num. 12. itemque Driedo in lib. 2. de libertate Christiana, quem refert & sequitur Molina disput. 116. sub sinem: milites peccare mortaliter, rusticos aut alios suos hospites grauando, exigendo ve ab illis id ad quod iure nō tenentur; quale est suppeditare sibi victum & alia necessaria: ad quæ verberibus, & vastationibus rei familiaris compelli solent. Nec illi ex eo excusantur quod stipendia non accipiant, vt recto aiunt memorati authores: quia bona rusticorum non sunt ea de causa ipsis obligata: nec item ex eo, quod Principes & duces concedant talem rusticorum vexationem, quoniam ea est iniusta. De qua re lubet verba doctissimi Driedonis attere; vt qui sic peccant minus habeant quod cōtemnendum censeant. Liquidum est (*inquit ille pag. 324. mei codicis*) iniustum esse Principis præceptum in aut mandatum, quo subiectus populus non secundum proportionem grauatur oneribus; veluti si Princeps exercitus mandet rusticis, & ciuibus apud quos militiam declinare contigerit, vt alant milites, & equos, iniustum est mandatum. Princeps etenim milites alere debet ex ærario publico, & prouentibus quos populus secundum proportionem diuitiarum tribuere debet. Quamobrem ciues illi ac rustici præ cæteris grauari non debent. Neq; milites excusantur ex eo, quod eis stipendium non soluitur: quoniam non propter hoc bona illorum rusticorum ac ciuium sunt eis obligata; nisi forte milites sint aut in extrema necessitate, aut omnino necessarij ad defensionem reip. illorum rusticorum, non habentes aliunde stipendium. Iam enim vtiliter gerentes negotium illorum rusticorum, non possent absq; præiudicio & damno magno à bello discedere. Tametsi plerunq; etiam in casu illo, Princeps cuius est particularem rusticorum communitatem defendere, tenetur rusticis illis stipendium militibus solutum, ex ærario publico refundere, aut ad tempus à tributis solendis liberare secundum proportionem stipendij soluti. neque Principis, aut capitanei dissimulatio eos facit in conscientia tutos. Hæc ille.

Cuius postremum hoc dictum intelligendū est cum hæc exceptione: nisi ea dissimulatio esset in pœnam ipsis rusticis inflicta, eo quod fuerint rebelles, aut in aliam culpam incurrerint, ob quam essent tali pœna digni: quod notarunt Caietanus, & Armilla locis citatis. Vbi etiam habent, quod si alibi consuetudo recepta obtrinerit vt milites gratis accipiant ligna & paleas, id non videri damnandum. Sed non videro rationem cur istiusmodi onere præ cæteris grauentur rustici, nisi specialis necessitas vrgeat, aut sponte eidem oneri se submiserint: quia tale grauamen est contra iustitiam distributam, exigentem ne vnus præ alio grauetur: sed debita proportio seruatur.

Porro si in eo quod iam diximus peccatum cōmitur mortale, illudq; inducens obligationem ad restitutionem, cum sit contra iustitiam: multo magis committetur: tum quando dux mentis suorum militum numerum pro pluribus quibus habeat, stipendia accipit à Principe: aut quado à quibusdam pagis pretium accipit, ne ad eos milites diuertant qui interea alios supra modum grauant. Tum quando vnus miles sibi priores domos assignari facit, ad quas diuertat, & accepto pretio ab alijs, in vna tantum diuersatur. Quæ omnia aliaq; similia Princeps nec intendit, nec intendere potest iuste, in tantum reip. detrimentum, quantum videmus. De qua re in cit. disput. 116. Molina.

QUÆRI-

114.

QVÆRITVR 3. Vtrum in bello iusto possint omnes fontes interfici sine vilo discrimine? Responſio eſt, quod quamdiu conflictus durat ac ante victoriam, poſſint omnes interfici; ſed parſa iam victoria debeat viſtis miſericordia, niſi oporteret in aliquos adhuc animaduertere vt poſtea pax melius conſeruetur, ex cap. Noli exiſtimare, 23. qu. 1. De qua re plenius à Victoria in ſig. relect. n. 4. 4. & aliquot ſequentiſus, ac Molina diſp. 122.

QVÆRITVR 4. An obſides hoſtium poſſint interfici cum hoſtes ipſi non ſeruant fidem datam. Reſpondendum eſt, ſi obſides ſint ex numero fontium, id eſt, illorum qui tulerunt arma, poſſe interfici, vt dicitur Victor. in præced. numero 4. Sed ſi ſint innocentes non poſſe interfici, etiam ſi parentes iſporum fidem frigerint: quia non ſunt interficiendi filij pro parentibus, nec contra: ſed vnuſquiſque pro peccato ſuo Deuter. 24. Poſſunt tamen obſidinoscentes alijs modis quam morte puniri: vt priuatione bonorum, carcere; exilio, damnatione ad tritremes, aut ad metalla.

QVÆRITVR 5. Vtrum poſſint in bello interfici illi qui hætenus fuerunt innocentes, ſed putantur futuri nocentes: vt pueri hoſtium: aut viri qui hætenus non tulerunt arma. Ad quod bene reſpondet à Victoria in ead. relect. num. 38. non poſſe interfici: tum quia nemo interficiendus eſt ob peccatum futurum, cum futura ſint incerta: tum quia poſſe alijs modis occurrere ei ſi in periculo, vt captiuitate, exilio, damnatione ad tritremes.

115.

QVÆRITVR 6. An liceat tradere ciuitatem militibus in prædam. Ad quod reſpondendum eſt cum Francisco à Victoria in ſeq. num. 52. & Molina in initio diſput. 122. per accidens quidem id eſſe nefas propter cædes & cruciatuſ innocentiũ, ſupra, adulteria, deuaſtationes temporum, & alia ſæua, ac iniuſta, quæ ſolent tunc accidere: per ſe tamẽ non eſſe illicitum ſi neceſſarium eſt ad bellum expediendum, vel ad deterrẽdoſ hoſtes, vel ad accerẽdoſ militum animoſ; ſicut ex tali cauſa rationabili licet ciuitatem incendere. Tenentur tamen duces ipſi prædicta ſæua & iniuſta impedire quam commode poterunt. Quod ſi non aſequantur, id tribuetur non ipſiſ, ſed militum malitiæ.

QVÆRITVR 7. An licitum ſit vim aut nocumentum inferre illiſ qui tempore belli cõfugiunt ad templa, aut ad alia ſæra loca tanquam ad aſyla. Reſpondendum eſt, prohibiſtum eſſe tam iure civili quam canonico, ne quiſ lædat eoſ qui cõfugiunt ad loca ſæra. Inter alia, De immunit. Eccleſiarum, & leg. 2. 3. & 6. Cod. De ijs qui ad Eccleſias cõfugiunt. Reſ yero eas auferre quas ad huiſmodi loca cõfugientes ſecum eo deſerunt, prohibiſtum habetur in cap. Sicut antiquiſ, & in cap. Deſiniuit, 17. qu. 4. idq; ſub pena excommunicationiſ.

116.

QVÆRITVR 8. An licitum ſit tempore belli nocere rebus Eccleſiaſticis. Reſponſio eſt, quod etſi reſ Eccleſiaſticæ ſint exemptæ vt prædiximus; in tribus tamen caſibus milites poſſe eis nocere. Primus eſt, quando Eccleſiaſticis miſcẽt ſe bellis civilibus, iuuantq; hoſtes; nam tunc habentur loco hoſtium. Secundus, quem habet Sylueſt. in ver. bo. Bellum 3. queſt. 6. quando huiſmodi nocumentum inferitur non ex propoſito, ſed quaſi præter intentionem; vt quando alia ratione victoria obtineri non poſteſt. In eo caſu enim gerentes bellum iuſtum, quando ex proceſſo hoſtibus tantum nocere intendunt, poſſunt ex accidenti & conſecutione quadam nocere quoq; rebus Eccleſiaſticis: ea ratione quæ propoſta eſt in præced. quaſtione 1. propoſ. nona. Tertiuſ caſuſ eſt, quando Eccleſia eſt incaſtellata, id eſt, munita more caſtri: quod fieri prohibetur in cap. Sanctorum Patrum 10. quaſtione 1. Sed vt notat Sylueſter loco cit. quaſtio. 5. Eccleſia poſteſt duobus modis incaſtellari: vno modo, ad inferendam vim vel iniuriam hoſtibus, eoſve oppugnandoſ: iſtudq; eſt quod in cap. citato prohibetur. Alio modo incaſtellari poſteſt Eccleſia ſolum ad defenſionem vel perſonarum Eccleſiaſticarum, vel cæterorum laicorum innocentiũ, qui non poſſunt ſe alio modo defendere; iſtaq; incaſtellatio Eccleſiæ non eſt probita. Itaq; ſi Eccleſia ſit incaſtellata priore modo, poſteſt ex pugnari, dirui, incendi. Sin ſit poſteriori modo, non eſt ei inferenda viſ, neq; perſoniſ innocentiſ quæ in ea ſunt. Poſſunt tamen auferri omnia arma & tormenta bel-

117.

lica quæ ibi congregata fuerint ab hoſtibus: quia hi poſtea poſſunt illiſ vi.

QVÆRITVR 9. An quæ bello iuſto extracta ſunt de hoſtium poteſtate, reddenda ſint prioribus dominis, quibus illa detraxerunt. De qua re latius tractat Molina de iuſt. & iure tom. 1. tract. 2. diſp. 118. Sed ſufficiet ad noſtrum inſtitutum ſtauiſſe aliquot propoſitioneſ. Prima eſt: Si hoſtes dominiũ illorum bonorum ſibi comparauerint iuſto bello, aliõve iuſto titulo (quod relinquatur arbitrio prudentiſ definiẽdum) nihil eſſe cur ea recuperentur prioribus dominis. Ratio eſt, quia hi dominiũ ſuum amiſerunt.

Secunda eſt: Si bello iniuſto aut alia ſimili ratione, hoſtes talia bona occupauerint; ea eſſe reſtituenda prioribus dominis; ſiue ij ſint de noſtra, ſiue de alia repub. Ratio eſt: quia priorẽs illi domini non amiſerunt futuruſ dominiũ per talem acceptionem, quæ fuit iniuſta, & vera rapina, per quam nõ tranſfertur dominiũ. Sicut igitur cum reſ furtiuæ emittitur (etiã ſi emptio de ſe fit aciuſ ſufficiens ad dominiũ acquirendum) reſtituenda eſt ei a quo abſtracta eſt, quoniã dominiũ apud iplum perſeuerat: ita etiam reſtituenda ſunt prioribus dominis bona ab hoſtibus extracta, quorum dominiũ apud illoſ remanſit, nec apud hoſ fuit. Neq; reſert quod illi nunquam recuperaturi eſſent talia bona: quia id non impedit quin vere ſint eorum domini, eaq; a alijs iniuſte retineantur.

Tertia eſt: Obligationem eſſe perſoluendi valoreſ induſtriæ & operum poſitarum in extrahendis huiſmodi bonis, quatenus id viliter ceſſit in bonum domini, cui de iure debentur. Ratio eſt: quia æquitas poſtulatur, vt quando induſtria, & opera vtiliter apponuntur, eſto apponeſ intenderit agere in ſuam vilitatem, iſ in cuiuſ commodum ceſſerunt pro eiſ ſoluatur, in quantum fuerunt ipſi proficia.

Quarta eſt: Quando ita bono communi expedire iudicaretur, ad acuendoſ audacioſq; reddendoſ militeſ aduerſuſ hoſteſ: ſtaui poſſe à Principe, aut conſuetudine præſcribi, vt eorundem milituſ ſiant quæcuq; hoſtib. detraxerint, etiam ſi alioſ veros dominoſ habeant. Ratio eſt: quia cum bonum commune ſit priuato præferendum, faſ eſt ſpoliare homineſ dominiũ rerum ſuaruſ, illudq; in alioſ tranſferre quando bonum cõmune id omnino poſtulatur. Id quod pater ex ijs quæ communiter traduntur de præſcriptione, & de teſtamentorum ac contractuum inuvalidatione inducitur per legeſ humanæ. Accedit, quod quãdo nulla aut certe modica ſpes eſt veriſ dominiſ, talia bona per ſe, aut ſuoſ recuperandi; conſentaneum ſit, vt modicum illud ſpei pro magno reip. cõmodo libenteſ amittant: præſertim cum poſſint ſimili iure vii: vt ſi aliorum bona hoſtibus ipſi detrahant, faciant ſua. Sed nota iſtud procedere tantum cõparatione ſubditorum eiũdem reip. non item ſubditorum alienæ, quoſ legeſ & conſuetudineſ alteriuſ reip. non obligant, niſi ſit conſuetudo mutua; vt ſi Itali quæ detrahunt ex manibuſ Turcarum de rebus Hiſpanorum hiſ non reſtituant, nec viciffim hi illiſ, quod de rebus illorum ab hoſtibus extraxerint, ſed vtriq; quidquid detraxerint indiſſerenteſ ſibi retineant.

Quinta propoſitio eſt: Quando verofiſmile eſt prædictaſ reſ alienaſ ab hoſtibus extractaſ nunquam peruenturaſ eſſe in poteſtatem dominorum ſuorum, licitum eſſe eaſ emere vili pretio eo animo vt ſi propriuſ dominiũ comparauerit, illaſ accipiat pro eodem pretio: ſin minus, emptor illaſ ſibi retineat. Hæc probatur: quia talem eſſe domini voluntateſ valde probabiliter præſumi poſteſt: præſertim cum eſſet irrationabiliter iniuſta, niſi ita vellet. Quod ſimiliter dici poſteſt de quibuſdam rebus ad cultum diuinum ſpectantibus quaſ hæretici ad Catholicorum terras portant, & vili pretio venaleſ proponunt. Nam merito præſumitur eorũ ad quoaſ talium rerum dominiũ vel adminiſtratio ſpectat voluntatem eſſe, vt potiuſ emanetur viliaſ à Catholicis diuinioq; cultuiſ mancipentur, quam vt vendantur alijs à quibuſ in prophanoſ vſuſ conuertentur.

118.

QVÆRITVR 10. An captiſ in bello, fugere, liceat. Ad quod reſpondetur tribuſ propoſitionibuſ. Prima eſt, ſi captiuſ de non fugiendo ſuam fidem iureiurando obſtrixit, non poſteſt auſugere ſiue bellum ſit iuſtum, ſiue iniuſtuſ. Probatur, quia regula generalis eſt, quando promiſſorium iuramentum ſit homini de re cuiuſ adimpletio ex parte iurantiſ

ORIGINAL
RAXIS
PROB
REV

illicita non est, ne quidem venialiter: obligatio confurgit implendi illud quod ita promissum est, ex cap. Debitorum De iureiurando. Et ratio est, ne ea iniuria Deo irrogetur, qua censendus sit in testem infidelis promissionis adductus.

Secunda propositio est, Quando bellum est iniustum ex parte captivus potest aufugere si non dederit fidem se aufugere nolle. Imo quantumcunque id iuraverit, & postea aufugerit, licet graviter peccet fugiendo, Prælati tamen cum eo dispensare potest, ex cap. Si vero, De iureiurando.

Tertia: Capti in bello etiam iusto si fidem non dederint se aufugere nolle, possunt aufugere. Quamvis enim glossa ad cap. Ius gentium distinct. 1. verbo *Servitutes*, secus sentiat per cap. Si quis servum, 17. questio. quarta: probabilius tamen est sententia Soti libr. 4. De iustitia & iure, questio. 2. artic. 2. dicentis, quod quiuis captivus potest aufugere siue sit Christianus siue non. Ratio est: quia huiusmodi captivitas est poena quædam iuris quæ infligitur à victoribus, qui locum tenent iudicis in bello iusto, ut supra diximus. Sicut ergo non est obligatio subeundi alias poenas, nisi quando à iudice infliguntur, ita ut infligendas evadere cum fieri potest, non sit illicitum: sic etiam, quia captivitas poena est corporis, qua vexandus est captivus, is licite potest aufugere ad illam evadendam. Canon autem quæ citat memorata glossa, intelligendus est de servis emptitijs quos constat non debere aufugere, quia dominos suos privarent sua possessione. Illi vero de quibus agimus, tantum eripiunt se à poena captivitatis.

119.

QUÆRITUR II. An captivi possint in bello iniusto exercere actum aliquem ad idem bellum spectatam. Cui questioni ut satisfiat præmittendum est: in bello notari primo, actum per quem hostis immediate offenditur in bello, cuiusmodi sunt reorum iactus, bombardarum discharges, & alij quibus configitur cum hoste. Secundo notari actum, qui quamvis sit ex se indifferens, & possit ad aliud ordinari quam ad bellandum, dispositio est tamen, & via ad ipsum bellandum actum: ut remigare in triremi Turcarum, asportare sarcinas, & necessaria ad bellum, munire vallo castrum, extruere propugnacula, & si quid aliud est huiusmodi. Ad questionem ergo cum Molina in tom. 1. tract. 2. de iustitia & iure, disput. 115. responderent sequentibus propositionibus.

Prima est, Ne quidem moris metu fas esse captivis in bello quod norunt iniustum, pugnare alicui interficiendo vulnerando, percutiendo. Probat: quia id intrinsece malum est, ut pote innocentis percussio absque iure & auctoritate. Secunda est, Metu mortis, aut alterius notabilis detrimenti, velut abscissionis membri, fas esse remigare, aliaque similia facere. Probat: quia tales actus ex se indifferentes sunt, & ab agente in bonum finem referuntur: nimirum ad vitam propriam conservationem, quam ex lege charitatis homo anteferre potest vitam alienam. Nec refert quod is agat accommodate ad nocendum innocentibus, quia nihil tale intendit: sed totum id provenit ex malitia hostis iniusti, à quo ad talem actum metu incusso impellitur. Tertia est, Si non immincat notabilis detrimenti periculum, peccatum esse mortale captivis, aliquid talium facere. Ratio est, quia quiuis, si sine suo notabili detrimento potest, debet impedire aliena damna iniusta. Quare ad illa, ne quidem per accidens cooperari debet.

Quarta est, Ad vitam admodum maximum suæ reipublicæ damnum, ut ad impediendam alicuius insignis castri, vel civitatis, vel regis, aut alterius insignis personæ captionem ab hostibus, captivum teneri abstinere à dictis actibus, etiam si mors illi subeunda sit. Probat: quia pro maximo Reipublicæ bono tenetur quisque sub mortali, vitam suam exponere. Talis tamen casus raro evenire potest, cum vix desint qui facile præsentent id quod talis recusaret facere: ita ut illius recusatio non censetur simpliciter necessaria ad vitandum tale damnum. Quinta est, Metu mortis, aut amissionis membri fas esse captivis nocentibus inferre innocentibus in bonis externis: ea ad hostium imperium destruyendo, capiendo, asportando in triremes. Probat: quia tunc talibus bonis externis indigent ad vitam propriam conferuandam. Et quantum fas est cuique in extrema necessitate fumere de bonis aliorum ad conferuandam propriam vitam, tantum

damni fas est eiusmodi captivis, inferre bonis aliorum ad tuendam vitam propriam.

De repressaliis.

SVperest questio de repressalijs utrum sint licitæ. Quæ ut intelligatur observandum est, quod cum quis iniuste suis rebus spoliatur, nec potest alia ratione obtinere iustitiam, facultas ei concedi solet, ut tantumdem accipiat ab alijs qui ad spoliandos pertinent, hoc est, qui sunt de eodem regno, vel provincia. Quæ facultas dum exercetur sæpe interveniunt cædes, unde istud est genus quoddam belli. Communis autem sententia Summulariorum in verbo Repressaliæ est (ut questionibus respondeamus) quod repressaliæ sint sua natura licitæ, dummodo adsint tres conditiones: sine quibus peccatum committitur utendo tali modo persequendi suam iniuriam. Prima est: ut cum repressaliæ sint bellum quoddam offensivum, interveniant quæ in sect. 1. questio. 4. proposita sunt requiri in iusto bello offensivo. Secunda: ut non plus accipiat quam ablatum fuit, aut certe quam respondeat iniurijs illatis. Unde quia istud sæpe non observatur, fit ut repressaliæ ipsæ dicantur periculosa, nec satis conveniunt æquitati naturali. Tertia, ut repressaliæ non dentur contra personas Ecclesiasticas. Nam qui illas dedit nisi revocet intra mensem, excommunicatur per cap. vnicum De iniurijs in 6.

Circa quod adverte non incurri talem censuram si detur alicui facultas accipiendi à Clerico debitore, bona æquivalentia suo debito, quod aliter recuperare non potest: quia id non est dare repressalias: ad quas requiritur, ut vnus grauetur pro alio, propter modum quandam pignorationis. In illo casu autem Clericus grauetur pro seipso.

Adverte secundo, Eandem censuram incurri non tantum quando repressaliæ conceduntur expresse contra personas Ecclesiasticas, sed etiam quando concessæ contra locum in quo sunt personæ Ecclesiasticæ, circa has bonaque earum illæ extenduntur, vel executioni mandantur. Id quod in eodem cap. satis significatur, cum ultra concessionem extensione repressaliarum, circa personas Ecclesiasticas prohibetur: concessio quidem Superioribus: extensio vero Inferioribus executionibus illam: quantumcunque factam ab habente potestatem sufficientem & causâ bene ponderatâ, inuentâque iustâ: quia textus generaliter loquitur. Ita post glossam ad idem capitulum, habet Navar. in Enchir. cap. 17. nu. 136. Cōsequenter attingens quod in verbo Concedi, habet eadē glossa: talem extensionem, ne tunc quidem fieri posse, cum repressaliæ dantur ob debitum Clerici.

Quibus adde quod Suarez notat in 3. par. D. Thom. tom. 5. disput. 23. sect. 4. numero 50. cum in re proposita Inferiori ut recipiat, eadem proportione mensis spatium concedatur, quâ Superiori ut suam facultatem revocet: sicut hic ab illo die quo talem licentiam cōcessit debet computare mensum intra quem nisi illam revocet, censuram incurrat, etiam si executio nondum inchoata sit: ita Inferiorem debere talem mensum computare ab eo die quo executionem inchoavit, siue concessio multo, siue modico tempore præcesserit: quoniam ea temporis differentia nihil facit ad culpabilem executionem, ob quam proposita censura imponitur, & cuius respectu datur spatium vnus mensis ad respiciendum.

CAP. IX.

De peccato ira.

SUMMARIUM.

- 121 Ira duplex est quædam in parte sensitiva hominis, & quædam in intellectu existens: quarum neutra est de se mala.
- 122 Quando contingat iram esse malam.
- 123 Quando mortale committatur irascendo.
- 124 Tres modi ira mala.
- 125 Ira peccatum est capitale cuius sex filia ponuntur.
- 126 De indignatione, & tumore mentis.
- 127 De blasphemia, clamore & contumelia.
- 128 De rixa.

Ad

AD quintum Decalogi præceptum reduci peccatum iræ patet ex verbis Domini Matth. 5. Audistis quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri Raca, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue reus erit gehennæ ignis. Hæc enim satis indicant id ipsum præceptum violari non tantum per homicidium, sed etiam per iram tendentem ad illud: seu qua quis optat mortem proximi. Et eademque iræ tres distingui gradus (quod D. Thomas notat 2. 2. quæst. 158. art. 5. ad 3. Primum, iræ intus latentis: secundum, iræ foras prorumpentis in contumeliam, sed leuiorem: qualis est Raca; & tertium, prorumpentis in contumeliam grauem: qualis est fatue.

Documenta de peccato iræ.

AD iudicandum autem specialiter de peccato iræ notanda sunt sequentia documenta. Primum est, quandam iram esse homini communem cum bellis: ex eo in parte sensitua contingentem, quod ille percipiat sensu malum aliquod sibi illatum, vel proxime inferendum, quod non possit à se facile repellere. Etenim ex tali perceptione nascitur, tanquam eiusdem mali leuamen, appetitio vicissim ei qui intulit aut illaturus est, inferendi aliud malum. Quandam vero esse propriam hominis, contingentem in rationali parte; quando intellectu malum illatum aut inferendum percipiente, oritur in voluntate desiderium ei qui intulit illud, aut illaturus est, inferendi aliud malum, ut ipsum illatum aut inferendum repellat: ex eaque repulsione ira definitur solum appetitus vini liciti, quæ est definitio utriusque iræ communis.

Secundum documentum est: Iram in parte sensitua hominis existentem non esse peccatum ex se, cum non sit actus ex libera voluntate proueniens, sed, sicut ceteræ passionēs, rem indifferentem esse. Certe non esse de se malam ex eo patet, quod valde utilis sit naturæ ad sui conseruationem. Vt enim illam amor ad boni prosecutionem iuuat; sic ira ad mali seu nociui depulsionem: neque eam torpere ac languere patitur.

Tertium documentum est, Neque iram in parte rationali existentem esse de se malam, sed bonam esse posse, iuxta illud Psal. 4. Irascimini & nolite peccare. Quod & probatur, quia potest esse rationi consentanea: ut censetur ea qua Damon, quia nobis author fuit mali, irascimur, decernendo ei deinceps obistere, nec vnquam ei acquiescere: atque adeo peccatum per quod ei consensimus, & potestatem in nos habet, ab anima nostra cum Dei auxilio eliminare omnino. Quæ ratione ira dicitur zelus.

Quartum documentum est, Eandem malam seu peccatum esse (quæ ratione dicitur iracundi) cum in ea modus à ratione præscriptus non seruetur. Quod contingere potest primo, ex parte obiecti: idque dupliciter; vel cum appetitur vindicta iniusta: qualis censetur ea cuius non datur causa legitima; aut quæ maior est quam oporteat; vel cum absque publica autoritate vindicta mandatur executioni. Contingere potest secundo, ex parte motus eiusdem iræ, vt cum quis nimium exandescit interius, vel per signa nimium patefacit exterius ipsum iræ motum. Priore modo autem peccatum est suo genere mortale, cum sit contra charitatem in proximum, vel contra iustitiam. Quod tamen, sicut à ira veniale esse potest: tum ex defectu plenæ deliberationis, vt cum illius motus præuenit perfectum rationis iudicium, tum ex paruitate materiæ seu nocuenti quod inferitur: vt cum quis ex appetitu vindictæ modicum malum alteri infert, vt qui puero aliquantulum vellit capillos: quod est exemplum D. Thomæ in cit. quæst. 158. art. 3. Posteriori modo vero peccatum est suo genere tantum veniale; vt potest quo de se nec charitas in proximum nec iustitia læditur, nisi forte quis adeo iræ accendatur interius, vt paratus sit facere aliquid quod peccatum sit mortale: aut exterius illam ostendat signis quibus grauius scandalizat præsentem.

Constitutum sit igitur ex his; peccatum mortale committi irascendo, primo, si homini innocenti desideretur graue malum: secundo, si nocenti quidem, sed qui non sit tantum malum meritus, quantum illi desideratur: tertio, si & no-

centi, & qui tantum malum meritus sit quidem, sed desideratur illi inferri contra ordinem iustitiæ: nempe non publica sed priuata autoritate. Exemplum est de eo qui vult per seipsum offensori fratri, inferre mortem quæ dignus est: peccat enim mortaliter tali appetitione vindictæ, ob defectum recti ordinis iustitiæ qui requirit vt vindicta (quæ infligitur pœna personalis, quam persona pati non tenetur nisi post sententiam iudicis) fiat à magistratu, non item à persona priuata: nisi vigeat necessitas defensionis in præsentem periculum: seu, vt iurisperiti loquuntur, inconuenienti: quomodo Francisc. à Victoria in relect. De iure belli, numero 5. excusat eum qui accepto colapho, impingentem gladio incontinenti percussit, quando ad vitandam infamiam notabilem necessarium ei fuerit. Postremo si seruentur quidem prædicta, sed deficit finis debitus: vt quando ex odio priuato optatur alicui per iustitiæ ministros inferri graue malum quod vere meritus est.

Quintum documentum est: Tres distingui modos iræ malæ ex Aristot. lib. quarto, Ethic. cap. quinto, quos post Diuum Gregorium Nylicenū, & D. Damascenum, D. Thomas in sequenti articulo quinto, tangit. Primus est, quo aliqui celeriter irascuntur: & quibus non oportet, & quando non oportet, & vehementius quam oportet, sed statim placentur: similes calamis, vt habet Diuus Gregorius Romanus in libr. quinto Moral. capit. 3. qui citius quidem flammam faciunt, sed protinus in fauilla trigesunt. Secundus est, quo aliqui postquam exanduerunt, sunt prope admodum implacabiles: non dispares, vt ibidem habet D. Gregorius lignis durioribus quæ accensionem tarde suscipiunt, sed semel accensa difficilis extinguuntur. Habet autem hic iræ modus fundamentum in humore melancholico, sicut præcedens in humore bilioso. Tertius, demum modus est quo aliqui iræ percipi nunquam placantur, nisi iniuriam vlti sint: non tam ob melancholiam aut bilem, vt antedicti: quam quia imaginationem delixam habent in vltionem, cuius faciendæ conueniens tempus expectant. Aduersus quos habetur illud D. Pauli, ad Roman. 12. Non vosmetipsos defendentes (Græcè ενδιδωσθε αυτες, id est, vltiscentes) charissimi, sed date locum iræ; scriptum est enim: Mihi vindictam, & ego retribuam.]

Possunt autem iidem modi spectari: vel vt initium, & quasi fundamentum habent in naturæ dispositione: quæ ratione passiones sunt nec bonæ, nec malæ moraliter; vel vt voluntariæ sunt, seu dependent à consensu voluntatis: eaque ratione sunt peccata specie distincta, per distinctas specie inordinationes, quas illis inesse satis intelligitur ex antedictis, & ad citatum art. 5. Cæter ostendit.

De ira vt est peccatum capitale.

Postremum documentum est ex D. Thoma in eadem quæst. 158. articulo 6. Peccatum iræ inter Capitalia poni, quia plura alia solent ex eo nasci siue ex parte obiecti ipsius, quod est vindicta; ad cuius appetitionem sub ratione iusti, & honesti, studium propriæ dignitatis solet allicere; siue ex parte impetus, quo in ira ipsa, homo ad multa inordinate agenda, & ad quiduis audiendum, vindictæ desiderio, se precipitat. Hinc ex Diuo Gregorio in libr. 31. Moral. capit. 31. à D. Thoma in sequenti articulo septimo, ponuntur sex filie peccati iræ, nempe indignatio, tumor mentis, clamor, contumelia, blasphemiam seu maledictio, & rixa: ad quarum declarationem constituit, iram habere tres status.

Primum quidem in corde, ubi parit indignationem, & tumorem mentis. Indignatio autem est, qua illum à quo nos aliquid pati coniungit, contemnimus, ac vilipendimus tanquam indignum à quo tale quid patiamur. Ea vero tunc est peccatum mortale, cum habet coniunctum personæ contemptum, contra charitatem proximo debitam; aut cum in tantum procedat, vt paratus quis sit non iuuare talem proximum in his in quibus tenetur præcepto siue charitatis, siue iustitiæ: aut se ab illius amicitia, & conuersatione subtrahendo notabile scandalum adferat alijs: Extra quos casus peccatum esse tantum veniale expressit Toletus in tract. De peccatis capitalibus, cap. 38. Tumor mentis vero est, quo quis irascens extollit seipsum, ac præfert alteri. Vnde insurgere audeat ad tinnendam vindictam: ex qua audacia præterea

insurgunt in mente cogitationes de modo eiusdem vindictæ: ex cuius gravitate, genus istud peccati iudicandum est mortale esse: nisi defectus plenæ deliberationis excuset, prout loco cit. attigit idem Toletus.

127. Secundum statum ira habet in ore, ubi parit clamorem, contumeliam, & blasphemiam. Clamorem quidem faciendo ut vocem extollamus, multa inordinate, & confuse iactantes; contumeliam vero iactando conuicia verborum in proximum, blasphemiam demum, iactando in Deum. Atque de hac dictum est antea in lib. 18. tract. 2. De contumelia dicitur in sequenti libro 24. commodius, propter affinitatem quam habet cum detractione: ad hanc enim perinde affecta est ac rapina ad furtum ut ibidem tractatur. De clamore illud tantum occurrit monendum quod ibidem Toletus habet: cum ex se veniale peccatum esse: fieri autem mortale ob scandalum.

128. Tertium denique statum ira habet in operis executione: qua ex parte generat rixam: quæ ex Diuo Thoma 2. 2. quest. 41. artic. 1. est quoddam bellum inter priuatas personas percutientes se mutuè ex ira; suoque genere peccatum esse mortale, patet: tum ex eo quod D. Paulus ad Galat. 5. eam numeret inter peccata carnis, quæ qui agunt regnum Dei non possidebunt: tum quia repugnat charitati & iustitiæ: ut pote spectans eo ut damnum corporale inferatur proximo. Aduerte tamen ex eodem D. Thoma ibidem: ex parte eius qui non est inuasor sed solum defensor, rixam nullum peccatum esse in illo, si non plus repugnet, aut lædat inuasorem quam necessarium sit se defendendum: neque ex odio inuasoris, aut ex ira inordinata id faciat; sed ex ordinato amore sui ipsius: quandoquidem licitum est vim vi repellere cum moderamine, ut dicitur, inculpatæ tutelæ. Item peccatum solummodo veniale esse si in alterutro prædictorum, ipse modicum excedat. Quod si multum excedat peccatum erit mortale. Ex parte autem eius qui est inuasor, non datur excusatio à mortali: nisi illa communis ex defectu deliberationis, aut exiguitatis materiæ seu damni illati: qua ratione à mortali frequenter excusantur rixæ pueriles, & per consequens ab excommunicatione lata in Clerici percussorem.

DEO GRATIAS.

LIBER SEPTIMVS, ET TERTIVS OPERIS VIGESIMVS SECVNDVS.

IN QVO TRADITVR SPECIALIS RATIO
iudicandi de peccatis, habito respectu ad sextum, & nonum Decalogi præceptum.

PRÆFATIO.

Hæc ratio continetur explicatione, tum actuum qui talibus præceptis prohibentur: tum peccati luxuriæ; tum etiam peccati gulæ, quod est ei affine. Complectetur ergo hic liber quatuor capita, quorum primum erit de actibus, qui prohibentur sexto præcepto, Non mœchaberis; secundum de iis, qui prohibentur nono, Non concupisces uxorem proximi; tertium, de peccato luxuriæ; & quartum, de peccato gulæ. De hac autem materia tractatur in Decreto Gratiani causa 32. & 36. per plures questiones: & in Decretalibus habetur titulus De adulteriis, & stupro. Tractatur etiam à D. Thoma 2. 2. quest. 153. & 154. & à pluribus aliis tum Theologis, tum Summulariis; tum etiam Catechistis: quorum nonnullos Sebastianus Medices commemorat in summa de peccatis, tit. 8. quest. 1. quibus accesserunt aliquot recentiores.

CAP. I.

De actibus prohibitis sexto Decalogi præcepto.
Non mœchaberis.

SVMMARIVM.

- 1 Actus prohibiti sexto præcepto Decalogi.
- 2 Cogitationum turpium exclusio à peccato ob defectum voluntarij.
- 3 Excusatio pollutionum nocturnarum ob eandem causam.
- 4 Ad quid reneatur puella cum opprimitur.
- 5 Contactus carnales sic de se indifferentes sunt, ut contigat plurimum peccata esse mortalia; & quando contingat; & cuius speciei sint.
- 6 De his que sunt non carnalis, sed honeste delectationis causa, ac de his que sunt inter coniuges.
- 7 Iudicium de aspectibus turpibus quando sint, aut non sint peccata mortalia.
- 8 Iudicium de verbis turpibus siue prolatis, siue auditis.

Sexto Decalogi præcepto prohibetur, ut notatum est à D. August. quest. 71. in Exodum non tantum adulterium: sed etiam omnis carnalis actus voluntarius: siue sit copula, siue pollutio carnalis, siue actus ad copulâ aut pollutionem carnalem disponens: hicque rursus; siue sit exterior, siue interior, atque exterior; siue sit factum aliquod; nimirum libidinosus aspectus, aut contactus, puta osculatio, aut aliud eiusmodi; siue etiam aliquod verbum; ut sermo impudicus & cantilenæ lasciuæ. Interior vero; siue sit mentis, ut cogitatio libidinosa: siue voluntatis, ut propositum committendi actum carnalem, & deliberata de eo complacencia. Nam ad actum etiam interiore libidinosum, prohibitio huius præcepti extendit, patet per illud Matth. 5. Audistis, quia dictum est antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quod omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Patet adhuc ex eo, quod complacencia in imaginatione rei turpis, sit plane similis ei quæ contigit in eisdem rei vfu, ut ostenditur à simili: quia ex imaginatione occisionis, vel crudelis tractationis inimici, afficitur quæ eadem ratione